id est quarta feria, quae dicitur caput -i (-um *var. l.*). PONTIF. Rom.-Germ. 99,44 feria quarta in capite -i veniunt *(sc. populus)* ad collectam. VITA Otton. Bamb. III 3,1 quo *(sc. in Poloniam)* cum in capite -i pervenisset *eqs.* OTTO FRISING. gest. 1,69 p. 98,16 proxima a capite -i sexta feria ... vitam finivit *(sc. Conradus rex).* CHART. Babenb. 88 p. 122,17 ab hoc capite -i usque ad caput sequentis -i. *saepe.* **d** *de -is quattuor temporum (cf. op. cit. [p.1238,48] p. 277sqq.):* LIBER diurn. 6 p. 6,18 ordinationes ... presbiterorum ... non nisi primi, quarti, septimi et decimi mensum -is ... noverit *(sc. episcopus)* celebrandas. FLOR. LUGD. ad Drogon. 5 quattuor in anno legitima -a ad quatuor humores refert *(sc. Amalarius).* ANNAL. Xant. a. 868 diebus -orum semptembrium circuli duo magni apparuerunt in caelo. LIBER ordin. Patav. 2,12 p. 963,28 -um vernum in quadragesima, aestivum in pentecoste, autumnale in mense VII., hyemale in X. ieiunamus. CHART. Laus. 726 p. 587,14 in geg-is quatuor temporum. *saepe. cf. l.67.* *spectat ad tributum, censum -i tempore solvendum:* CHART. Bund. 280 p. 208,37sqq. (a. 1110/25) in -o IIII temporum feria IIII. ferculum I, feria VI. ferculum I et in sabbato ferculum de -o *eqs.* CHART. Basil. C I 322 p. 235,12 quod predictus census divisim in -is quatuor temporum ... est reddere *(sim.* C II 33. *al.).* CHART. Turic. 1739 sub annua pensione seu censu ... decem librarum solvendarum in -is quatuor temporum. **e** *de -o septimanae communis ('gemeine Woche') q. d.:* WIDUK. gest. 1,12 qui *(sc. Kalendarum Octobris)* dies erroris religiosorum sanctione virorum mutati sunt in -a et orationes *(v. notam ed.).* **f** *de -is ante dies festos servandis:* ORD. Rom. 16,23 pridie natalis Domini ... omnes publicum -um faciunt (*sim.* 17,8). WANDALB. martyr. 270 Mamertus ... sollemne Deo qui ferre litamen -i (-ni *var. l.*) instituit terni sub luce diei. RATHER. epist. 25 p. 133,9 -um ... rogationum et letaniae maioris plebibus vestris ... observandum insinuate *(ex Admonitione synodali q. d., v. notam ed. p. 130).* THIETM. chron. 4,64 ut neque Dominicam nativitatem nec aliam sollempnitatem vel -o congruenti prevenire vel festivis celebrare gaudiis potuisset *Mahtild. al.* **2** *de -o ante baptisma servando:* CONC. Karol. A 20 p. 175,28 per septem ... dies, in quibus vespere sabbati ... baptizandus est, indicto -o catacizetur *catechumenus.* VITA Otton. Bamb. III 2,15 eos *(sc. baptizandos)* ... et lavacro salutari penitentia et -is preparari fecit. **3** *de -o ante communionem servando (spectat ad infantes [cf. Hinschius, Kirchenrecht. IV. p. 67 adn. 4]: l.44):* CONC. Merov. p. 167,20 innocentes ab illo, cuius interest, ad ecclesiam adducantur et indictum eis -o easdem *(sc. sacrificiorum)* reliquias conspersas vino accipiant *(v. notam ed.).* WALAHFR. exord. 20 p. 493,2 ubi *(sc. in edictis synodalibus)* ... communicatio post solutum -um anathematis interpositione absciditur. NICOL. I. epist. 99,65 non licet cuilibet communionem Christi percipere, quando ... non invenitur ieiunus, adeo ut ... prius cibi laici sumptu -um solvisse videatur. **4** *de -o a sacerdote ante missam celebrandam servando:* CAPIT. episc. III p. 70,6 ut unusquisque sacerdos ... eam *(missam)* ... cum -o in vigilia ... celebrare satagat. **5** *de -o pro defunctis servando:* LULL. epist. 113 pro quo *(episcopo defuncto)* unusquisque vestrum *(sc. sacerdotum)* XXX missas cantet et illos psalmos et -um iuxta constitutionem nostram. CAPIT. episc. III p. 351,17 pro defunctis amicis et parentibus -a et oblaciones XXX dies adimplere faciant *sacerdotes.* p. 377,22 missae sacrificia quotidiana, preces, donationes et -a. *lugubri post mortem abbatis, sancti servato:* VITA Lamb. Font. 2 (MGMer. V p. 609,23) post cuius ... transitum omnis caterva monachorum Christi exorat clementiam, triduanum celebrat ... -um (*sim.* VITA Ansb. 8 [MGMer. V p. 625,3]). VITA Bonif. II 9 p. 101,16 condicto -o cum psalmodiis et orationibus perrexerunt *fratres* et ... sanctum corpus abstulerunt. **6** *de -o a sacerdote futuro ante ordinationem servando:* AMALAR. ad Hild. 60 merito -um triduanum illo *(sc. quattuor temporum)* tempore agitur, quo digni fiant sacrandi ad merita LXX duorum discipulorum pervenire.

D *de -is extraordinariis:* **1** *certa causa indictis (cf. A. Amiet, Revue d'histoire ecclésiastique Suisse. 70. 1976. p. 272sq.):* ARBEO Corb. 41 p. 229,16 inito ... consilio, ut per triduanum nostra diocesę fieri deberetur -um *eqs.* EPIST. var. II 23 ita nos coadunavimus *(sc. episcopus et regis fideles)* triduanam (*fort. leg.* triduanum) -um agere, quatenus *eqs.* ANNAL. Xant. a. 868 ut -um triduanum ... observaretur imminente terrore famis. WIDUK. gest. 3,44 p. 124,8 -o in castris predicato iussum est omnes in crastino paratos esse ad bellum. VITA Gang. II 1 (MGMer. VII p. 173,7) ad promerendam ... Dei clementiam plebs ... devotionem exequebatur indicti sibi -i. CONST. imp. I 437,15 ut bannitum -um ... observetur. *saepius.* **2** *paenitentibus pro poena indictis:* **a** *spectat ad laicos:* CONC. Karol. A 36,45 ut disciplinam condignam habeant, qui haec *(sc. symbolum et orationem Dominicam)* discere neglegunt, sive in -o sive in alia castigatione. ALTFR. Liutg. 2,20 indicto *(sc. ab episcopo)* fortissimo -o discaltiatus et sine indumento in exsilium missus est *(sc. interfector).* THIETM. chron. 6,98 satellites ... more poenitentum de manu ... antistitis ... suscipiunt ... -um. EPIST. Hildesh. 14 in II[a] et in IIII[a] et in VI[a] feria sit illius *(sc. peccatoris)* -um in pane et aqua. *saepius.* **b** *spectat ad monachos, sanctimoniales, clericos:* CONC. Karol. A 39[A],134 p. 411,25 publica obiurgatione et -orum continua adflictione ... corripiatur *frater* (*item* 39[B],18 p. 450,20). HERM. AUGIENS. chron. a. 1006 quibusdam *(fratribus)* ... ab eo *(abbate)* -is, verberibus exilioque graviter afflictis. DIPL. Heinr. IV. 466 p. 631,44 si ... aliquis fratrum aliquem forensem volneraverit ...; ipse vel acri corporis disciplina vel -o ... pro qualitate criminis ... affligatur (*inde* DIPL. Conr. III. 43 p. 72,39). *al.* *usu iur.:* LEG. Wisig. 2,1,19 p. 66,20 ut per XXX dierum spatium -is continuis adfligantur *personae supradictae (i. clerici).* **3** *homini a daemone obsesso indictis:* PONTIF. Rom.-Germ. 120[tit.] de -o daemoniacis imponendo.

E *de -is ad exercitationem animi servatis ('Askese'):* **1** *in univ.:* BAUDON. Radeg. 16 (MGMer. II p. 389,4) in quanto se cruciatu posuit, in g-is, in vigiliis *eqs.* EINH. Karol. 24 ut saepe quereretur noxia corpori suo esse -a (*sim.* POETA SAXO 5,369 vix ferre suum poterat -a corpus). VITA Rimb. 13 cotidiana -a. WIDUK. gest. 2,36 p. 97,10 quotienscumque ... sit opus *(sc. Ottoni regi)* corona portanda, -um semper precedere ... traditur. RATHER. epist. 3 p. 21,26 cum in laico habitu elemosinarum, -orum et ceterorum bonorum exhibitione potuissent *nonnulli* vitam ęternam adquirere. WIPO prov. 43 -um forte liberat a secunda morte. *persaepe.* *adde:* HERM. IUD. conv. 8 p. 94,13 pro ... desiderii mei impetratione triduanum Deo devovi -um *(cf. p.1239,70).* **2** *spectat ad paganos -a christianorum exemplo servantes:* RIMB. Anscar. 19 p. 43,3 pro liberatione sui -um et elemosinas ... Christo devoverunt *cuncti* (*sim.* 30 p. 62,28 placitum devoverunt -um). 30 p. 62,35 multi ... in -is, quae christiani observabant, insistere ... coeperunt.

F *usu vario:* ANON. Has. 16 ipse *(sc. Megingaudus episcopus)* ... libentissime manducavit ideoque nomen *(sc. Vastolffi)* a -o ductum sibi displicuit.

II *de -o morbo provocato, valetudinis causa servato (usu medic.):* **A** *de causa morbi:* TRACT. de aegr. cur. p. 248,38 quandoquidem curabilis est *singultus*, quum ex -o vel vigiliis habet fieri *eqs.* **B** *de curatione:* TRACT. de aegr. cur. p. 327,4 vigilie et -a conferunt in hac causa *(sc. satyriasi).* NOTULAE Wilh. Cong. 1328 ante incisionem calculi magister pacienti debet iniunxisse -um *eqs.* **C** *de nota morbi i. q. fastidium cibi – Appetitlosigkeit:* TRACT. de aegr. cur. p. 206,26 defectum spirituum et virtutum cognoscitur esse in causa ex debilitate et macilentia totius corporis, ex febre precedente, -o, fluxu *eqs.* (*sim.* p. 212,9 asma ex siccitate cognoscitur ex tusse sicca, ... febre, -o *eqs.* p. 243,6. 19. p. 247,41).

III *esuries, fames – das Hungern, Hunger (usu plur.: l.70.p. 1241,3):* **A** *spectat ad homines:* WIDUK. gest. 3,69 -o ... et longiori via ... aream cuiusdam ... iam fessus intravit *Wichmannus.* ARCHIPOETA 1,38,4 malo diu pati -um. 4,12,4 sitim et -um odi quasi funus (*item* 10,16,4). HIST. peregr. p. 162,21 qui prius delicate et splendide viventes ... mollibus vestiri consueverant, modo longis attriti -is in squalore ... asperioris vite inconmoda senciebant. *in imag.:* LUP. FERR. epist. 35,3 ut, qui primas partes eruditioni tribuit, non sanctitati, a refectione

[Niederer]

sapientiae exitiali -o excludatur. **B** *spectat ad animalia:* ALDH. ad Acirc. 58,2 absque cibo plures degebam *(sc. hirundo)* ... menses, sed sopor et somnus -a longa tulerunt. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 71,28 si ... non dabitur *(sc. falconi ad manducandum)* sero, longe <debilior> erit *falco* ex longo -o.

ieiuno, -avi, -are. *struct.: c. dat.: p.1242,18. c. abl.: p. 1242,9.14. c. praep.:* a(b): *l.22.p.1242,11.17. al.* de: *p.1242, 8.*

I *intrans. i. q. ieiunium servare, (se) abstinere a carne, certis cibis, paucum, nihil edere – fasten, sich des Fleisches, bestimmter Speisen enthalten, wenig, nichts essen:* **A** *strictius:* **1** *spectat ad ieiunium religionis causa servatum (saepe usu eccl. et canon.):* **a** *spectat ad ieiunia Iudaeorum:* HRABAN. epist. 34 p. 468,28 ab eo loco inchoans *(sc. liber)*, ubi Daniel trium ebdomadarum diebus -are et lugere se commemorat. HINCM. divort. 21 p. 226,20 licet pro eo *(filio)* multum -ando et flendo petierit *David eqs.* VITA Rimb. 13 nec Iohannem -antem nec ipsum manducantem et bibentem susciperent *Iudaei.* **b** *spectat ad ieiunia Christi:* ALCUIN. epist. app. 4 p. 492,25 qui *(sc. Christus)* ... XL diebus continuis ab humano cybo -vit. CARUS Clem. 772 quadraginta dies -ans ... ieiunia nostra dicavit *Christus.* **c** *spectat ad ieiunia ordinaria, sollemnia:* **α** *spectat ad tempora ieiunii ab ecclesia constituta (usu impers.: l.30):* AMALAR. ad Hild. 14 Greci ... octo ebdomadas -ant. PONTIF. Rom.-Germ. 99,450 in quattuor temporibus ... solemus -are pro ordinandis *(sc. clericis).* CONSUET. Trev. 50 p. 307,21 in quibus *(sc. IV. et VI.)* feriis si -ant *fratres eqs.* FUND. Grat. Dei 9 ut in quadragesima et in adventu Domini ... in pane et aqua -retur. *saepe. v. et p.1238,39.* **β** *spectat ad ieiunia ante baptisma servanda (de sacerdote: l.32):* CONC. Karol. A 50^{D},33 ut pontifices ... primum -ando et orando ... domum praeparent spiritui sancto *eqs.* METELL. exp. Hieros. 5,51 -verunt, qui baptismum pecierunt. **γ** *spectat ad ieiunia pro defunctis servanda:* ORD. Rom. 15,131 -at sacerdus cum parentibus ... defuncti *eqs.* VITA Mathild. II 8 p. 159,20 si adhuc aliquis -ret, qui anime sui domini missam decantaret. **d** *spectat ad ieiunia extraordinaria:* **α** *ante pugnam servata:* METELL. exp. Hieros. 6,179 -verunt *(sc. exercitus)* et egenis multa dederunt ..., quo fierent puri citius bellum subituri. **β** *paenitentibus pro poena indicta (cf. p.1242,30):* NICOL. I. epist. 155 p. 670,18 -et *(sc. qui sacerdotem morti tradiderit)* ... usque ad vesperum (*item* CONC. B II 25^{A},16. CAPIT. reg. Franc. 252,5). CAPIT. episc. III p. 291,10 si cui *(sacerdoti)* sacrificium ... ceciderit, ... diebus XL -et. STATUT. ord. Teut. p. 85,12 tribus diebus in septimana in pane et aqua -et *paenitens. al.* **e** *spectat ad ieiunia ad exercitationem animi servata ('Askese'):* ALCUIN. epist. 144 p. 228,32 in quibus *(diebus dominicis)* -are minime licet. ANNAL. regni Franc. a. 825 p. 168,19 puella quaedam primo pane, deinde aliis omnibus cibis et potibus abstinendo in tantum -asse perhibetur, ut *eqs.* HROTSV. Theoph. 377 vigilabat ... se prosternens, precibus ... quoque deflens -ando trium cursus agit ... dierum. WIPO prov. 44 qui non potest -are, discat elemosinam dare. ALBERT. M. sent. 4,15,29$^{capit.}$ quod nihil prodest orare, -are et alia benefacere, nisi mens revocetur a peccato. *saepius.* **f** *spectat ad ieiunium perverso usu christiano in actu magico servatum:* ANSELM. BIS. rhet. 1,13 p. 125,16 tribus diebus -ans, tribus noctibus vigilans gallum unum et catulum nigrum in caprina pelle involvas *(sc. Rotilandus) eqs.* **2** *spectat ad ieiunium valetudinis causa servatum (usu medic.):* AESCULAPIUS 12 p. 16,29 quando ... bibendum est *(sc. podagrico)*, -andum est per dies XV; aut si non potuerit -are *eqs.* HILDEG. caus. 408 calor ... gariofili, cum idem homo -at, pertransit et calidum facit. MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 382^{A} si potionatus possit -are usque ad vesperum, melius est. PRAECEPT. diaet. IV^{b} 67 minime -are. GLOSS. Roger. I B 19 p. 688,32 si ... lapidem extrahere volueris, dieta precedat tenuis, et ... debet -are duobus diebus *eqs.* **3** *esurire, famem pati – hungern:* **a** *de hominibus:* PAUL. DIAC. Lang. 4,37 p. 131,22 qui *(viator)* cum -ans iter caperet et iam fame tabefactus defecisset *eqs.* ARCHIPOETA 4,11,1 -ant et abstinent poetarum chori. METELL. exp. Hieros. 6,159 pro qua *(sc. fame)* tollenda quoquo modo ... aut -bant fauces oleove rigabant *(sc. milites).* HIST. peregr. p. 161,13 (vs.) cum nimis esuriat *venter* -ans inpacienter *eqs.* **b** *de equis i. q. pabulum neglegere – das Futter verweigern:* ALBERT. M. animal. 22,53 adeo diligunt *equi* dominos ... suos, quod perditis eis -ant et tristantur usque ad mortem. **B** *latius:* **1** *renuntiare, vacare – verzichten (auf), frei sein (von):* AMALAR. ad Hild. 16 ut ... -emus de alleluia VIIII ebdomadas. VITA Bard. 22 p. 338,35 vitiis -vit. PETR. DAM. epist. 104 p. 149,36 o quam gravis est ... abstinencia assuetam iuvenculam -are a virili amplexu! *al.* **2** *expertem esse – keinen Anteil haben, nicht teilhaben (an):* LIBRI Karol. I 29 p. 224,23 quorum *(locorum citatorum)* sensuum archanis illorum mens penitus -at, qui *eqs.* RADBERT. corp. Dom. app. 245 a quibus *(mysteriis spiritalibus)* 'animalis' quisque 'homo' -at. AMALAR. ad Hild. 19 a sonoris campanis aereae vocis aures -ant. **3** *parcere – verschonen:* EKKEH. IV. pict. Mog. 526 qui *(leones)* -ant Daniheli.

II *trans. i. q. ieiuniis transigere, celebrare – fastend zubringen, begehen, feiern (usu eccl. et theol.):* **A** *in univ.:* ALCUIN. epist. app. 4 p. 492,13 XXX et VI ... remanent *dies* -andi. THIETM. chron. 6,18 p. 296,17 vigiliam ... <in pane, sale> et aqua decernimus -are *eqs.* BERNOLD. CONST. chron. a. 1023 p. 424,38 (ed. Pertz) ut vigilia epiphaniae ... , vigilia sancti Laurentii -entur ita, ut una refectionis hora admittatur. CONR. MUR. lib. ordin. 1227 in omnibus vigiliis, quae -antur, semper ad vesperas ... preces dicuntur. *al.* *in figura etymologica:* CONVERS. Afrae 5 ⌞incipite *(sc. Hilaria)* -are⌟ (incipite tenere, -ate *var. l.*) ieiunium. VITA Bard. 22 p. 338,32 hoc ieiunium -vit, quod *eqs. v. et p.1239,16.* **B** *de poena (cf. p.1241,41):* DECRET. Burch. 19,9$^{capit.}$ poenitentia illius anni, qui in pane et aqua -andus est, isto ordine observari debet: *eqs.* (*sim.* 19,10. 19,18). CONST. imp. I 437,19 ut omnis penitens, dum carinam -at, de loco ad locum non migret *(inde* VITA Meinw. 179 p. 101,13. *sim.* CHRON. Pol. 3,25 p. 157,14 vidimus ... iuvenem primam karinam -antem *eqs.).*

ieiunus, -a, -um. *script.:* ge-: *p.1243,32.* ieu-: *p.1243,63. form. gen. pl.* -num: *l.52.*

νῆστις, *impransus, impastus, sobrius, esuriens, ieiunium servans, (se) a carne, certis cibis abstinens – nüchtern, mit leerem Magen, ohne gegessen oder getrunken zu haben, ungesättigt, hungrig, fastend, sich des Fleisches, bestimmter Speisen enthaltend (usu subst.: p.1243,57.60; per enallagen: l. 47.p.1243,35.52.62.65):* **I** *proprie (proverb.: p.1243,63):* **A** *spectat ad ieiunium religionis causa servatum (fere usu eccl. et canon.; usu iur.: p.1243,5.8):* **1** *spectat ad ieiunia Christi:* EKKEH. IV. pict. Mog. 652 inde quater denas ... ducit -as cum sole Deus homo lunas *(spectat ad Vulg. Matth. 4,1sqq.).* **2** *spectat ad ieiunia ordinaria, sollemnia:* **a** *de temporibus ieiunii ab ecclesia constitutis:* PONTIF. Rom.-Germ. 99,294 usque in sabbatum sanctum nonnulli servi Dei ... -i permanent. EKKEH. IV. bened. I 26,27 fratrum -um (gloss.: id est -orum) vigilet conventus in unum. **b** *de ieiunio ante sacramenta impertienda, accipienda servando:* **α** *de laicis:* WALAHFR. exord. 20 p. 492,8 sacramenta quidam interdum -i, interdum pransi percepisse leguntur. CAPIT. episc. II p. 144,5 ut -i ad confirmationem veniant (*sc. qui confirmari volunt; sim.* III p. 370,9). PONTIF. Rom.-Germ. 95,22 cur populus -o corpore a carnalibus escis communicantur. *v. et p.1239,49.* **β** *de sacerdotibus, clericis (spectat ad iudicium Dei: l.64):* CONC. Karol. A 50^{D},33 p. 634,9 sicut ... baptismus ... nonnisi a -is celebratur sacerdotibus, ita etiam traditio sancti spiritus ... nonnisi a -is celebranda est pontificibus. *al.* PONTIF. Rom.-Germ. 252,36 haec ... omnia debes facere -us. CAPIT. episc. III p. 269,2 missę ... nisi a -is sacerdotibus non celebrentur. **c** *de ieiunio a sacerdote ante opus rurale servando:* CAPIT. episc. II p. 38,10 ad opus rurale ... exeat *sacerdos* -us. **d** *de ieiuniis pro defunctis servandis:* STATUT. ord. Teut. p. 37,21 quod ad complementum huius *(sc. orationum pro defunctis)* numeri -i non teneantur *clericus et laicus.* **3** *spectat ad ieiunia extraordinaria:* **a** *ante pugnam servata:* METELL. exp. Hieros. 4,684 luce manet -a cohors omnis triduana *eqs.* 6,556 confir-

mati panis virtute sacrati -i pergunt *(sc. miles omnis).* **b** *a clericis in synodo servanda:* PONTIF. Rom.-Germ. 80,21 ut nullus *(sc. clericus)* ad synodum veniat nisi -us. **c** *a testibus servanda:* CAPIT. reg. Franc. 22,64 ut, qui in sanctis habeat iurare, hoc -us faciat *(sim.* 35,39. 44,11. *ibid. al.).* CAPIT. episc. II p. 130,4 ut testes -i iurent. p. 226,16 nullus nisi -us ad iuramentum vel ad testimonium admittatur. **d** *a iudicibus servanda:* CAPIT. reg. Franc. 22,63 ut iudices -i causas audiant et discernant (*sim.* 35,38). **4** *spectat ad ieiunia ad exercitationem animi servata ('Askese'):* GERH. AUGUST. Udalr. 1,26 l. 12 ad mensam . . . sedebat et sedentibus cum eo convivium faciebat, et ille quasi -us absistebat. THIETM. chron. 4,48 sepenumero omnem ebdomadam excepta V. feria -us perducens *imperator eqs.* LAMB. LEOD. Matth. I 325 continuans . . . trium . . . -a dierum vota . . . tenet *abbatissa. al. v. et p.1244,6.* **5** *spectat ad miraculum (usu subst.: l.17):* WOLFHARD. Waldb. 4,12 p. 332,15 Diethildis -am visitatura ad basilicam venit *(de Friderada omnino sine cibo et potu vivente). al.* VITA Emm. 46 cum puella tam diu -a . . . licentiam acceperat *(sc. a sancto)* comedendi.

B *spectat ad ieiunium naturale, valetudinis causa servatum (usu medic., anat., natur.):* **1** *adi.:* **a** *in univ.:* AESCULAPIUS 5 p. 9,14 pro constrictione ventris lactis caprini accipiant *melancholici* potum calidum -i. ANTIDOT. Augiens. p. 49,2 dabis *(sc. patienti)* ieiuno cocliaria II *(sim.* ANTIDOT. Berolin. 25 ieiunus in aqua calida accipiat *[sc. antidotum]. persaepe).* HILDEG. caus. 266 cum homo -us est, humores, qui in ipso existunt, a sanguine aliquantulum separati sunt. ALBERT. M. animal. 3,169 est . . . in multum diu -is matribus lac tenue nimis. *persaepe. locut. adv.* in -o, in -um *sim. ('auf nüchternen Magen'; usu ellipt.):* ANTIDOT. Glasg. p. 112,25 dabis cocliarios duos in -um. p. 118,18 in ieiunu. p. 118,44 in g-o. p. 154,8 in -um raffanum comedant. **b** *per enallagen de saliva:* RECEPT. Lauresh. 2,175 favillam de foco cum saliva inducis *(sc. impetigini)*; facit in initiis, si saliva -a uteris. **2** *subst. neutr.:* **a** *nestis, hira – Leerdarm, 'Jejunum' (cf. J. André, Le vocabulaire de l'anatomie. 1991. p. 143sqq.):* Ps. COPHO anat. 40sq. est . . . sub duodeno *(sc. intestino)* -um, sub -o orobum. MAURUS (?) anat. II p. 23,6sqq. Ysaac per -um intellexit membrum, quod incipit a duodeno . . .; Constantinus vero per -um <intellexit> superiorem partem totalis praedicti. BRUNUS LONG. chirurg. 1,4 p. 107E illud, quod ex intestinis -um dicitur, curationem penitus non assumit. ALBERT. M. animal. 1,402 ipsius *(venae)* plurimum in circuitu -i spargitur. *al.* **b** *usu plur. i. q. intestina – Innereien, Gedärm:* ANTIDOT. Glasg. p. 118,21 -a purgat et fleuma solvit *electuarium.*

C *usu vario:* **1** *de hominibus:* **a** *in univ.:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 486,15 hominis -i difficilique . . . itinere . . . fatigati et . . . edulio . . . refocilati, quid est mirum, si 'oculi' dicuntur 'inluminati' *eqs.* WIDUK. gest. 1,22 p. 32,16 -i tota die non possumus *(sc. Adelbertus cum suis)* ambulare. ECBASIS capt. 1228 -is dentibus acer sermonem claudam. THEOPH. sched. 3,37 ne -us molas aut deaures, quia foetor vivi argenti . . . periculum est -o stomacho. EPIST. Hildesh. 134,17 ne ad prandium invitatus -us et ingratus conviva recedat. *al.* **b** *sitiens – durstig (usu subst.):* WANDALB. mens. 157 tunc *(sc. in Iunio)* . . . dulcis aquae salientem quaerere venam -is placet. 293 -is . . . facilem praebent *vina* . . . medelam. **c** *qui vinum non bibit, abstemius – keinen Wein, Alkohol trinkend, 'abstinent' (usu subst.):* CARM. Bur. 162,3,6 tristem spernit *Venus* et -um. **2** *de animalibus (in interpr. nominis piscis: l. 67):* WALTH. SPIR. Christoph. II 4,94 quem *(Danielem)* . . . -a leonum non tetigit rabies. EPIST. Hann. 27 p. 63,1 cornix satura -ę (ieunae *var. l.*) cornici non est credula. METELL. exp. Hieros. 2,258 quam *(aquilam)* vox pullorum stimulat -a suorum. ALBERT. M. animal. 7,23 id *(genus)*, quod vocatur a Graecis karadez (*i.* peraias), non pascitur . . .; ideo karadez, hoc est 'semper -us', vocatur. *al.*

II *in imag. vel translate:* **A** *de anim. (de Musa: p.1244,3):* **1** *in univ.:* HRABAN. epist. 24 p. 430,37 ne aliis optatum cibum edentibus nostri apostolicorum dapium *(i. librorum)* inedia diutius -i remaneant (*sim.* AGIUS vita Hath. 9 ne mens interius -a remaneret). ABBO FLOR. calc. 1,2 ne quilibet deses fructu lectionis -us in vacuum laboret. **2** *?tenuis, exilis – ?schmächtig, gering:* WALAHFR. hort. 249 lilia quo versu candentia . . . -ae (gloss.: indocilis) macies satis efferat arida Musae? **3** *vacuus, expers – frei (von), nicht teilhabend (an):* CARM. var. III C 6,36 valeam semper -us carne manere, quo vitiis anima pravis -a quiescat. COD. Udalr. 282,41 (vs.) tu *(sc. Maria)*, -a maris *eqs.* **B** *de rebus:* **1** *aridus, sterilis – trocken, dürr, unfruchtbar:* LIBRI Karol. II 26 p. 288,3 qui *(Moses)* . . . -am silicem ictu virgae undifluum cogat evomere liquorem *(spectat ad Vulg. exod. 17,5sqq.).* LIGURINUS 10,494 verso dum rursus cespite solem aspiciat -us ager. ALBERT. M. veget. 7,41 quod *(deterrimum genus terrae)* est . . . macrum quidem sabulo . . . aut -um glarea *(cf. Pallad. 1,5,1).* **2** *inanis – dürftig, schwach:* EPIST. Meginh. 9 p. 202,3 quod nostre parvitatis officium erga vos exile nimis et -um . . . appenditis *(sc. archiepiscopus)* estimatione *eqs.* 3 p. 195,10 ut -um nimis et tenue litterarum obsequium ei prestare nequeas, cui, quicquid homini ab homine prestari possit, debeas *(sc. archidiaconus)*? **3** *avidus, procax – gierig, begehrlich:* EPIST. Meginh. 2 p. 194,31 videatur alicui me, qui tam nuda, tam -a peticione insistam, non tam petere quam impetrare.

ielena *v.* gelela. **iemalis, iems** *v.* hi-. **1. iena** *v.* hyaena. **2. iena** *v.* hyaenia. **ienciana** *v.* gentiana.
iener *v.* gener. **ienero** *v.* genero. **ienetrix** *v.* genetrix.
ienic- *v.* genic-. **ienitor** *v.* genitor.
ienium *v.* ingenium. **ienius** *v.* 1. genius.
ientaculum (ge-, ian-), -i *n. script. et form.:* gin-: *l.51.54. adde* PETR. DAM. epist. 118 p. 340,12. genit-: *l.37.* iat-: *l. 37.* -tic-: *l.39.48. decl. I.: l.48.*

1 *prandium, primus cibus (diei), prima gustatio (ieiunium solvens) – Frühstück, erste, das Fasten brechende Mahlzeit:* VITA Galli II 245 ego nullius capiam -a victus, ante . . . quam *eqs.* EPIST. var. III 26,3 p. 187,12 me . . . usque ad ge-um distinere . . . conato matutinus abscessit *cursor.* VITA Gang. I 4 (MGMer. VII p. 159,19) cum . . . diverticulum . . . peteret, ut ge-um (-um, geni-um, iat-um *var. l.*; gloss.: id est prandium) sumeret *eqs.* VITA Serv. 13 p. 51,14 alius *(sc. adstantium)* alio pro ia-orum (-orum, ge-orum, genti-orum *var. l.*; gloss.: prandiorum) disperguntur desiderio. *al. in imag.:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,11 me gremio . . . nicostrata *(i. ecclesia)* refovit . . . suavia melliflui prebens -a clarni *(v. notam ed.).* **2** *cena modica – bescheidene Mahlzeit, Imbiss, 'Erfrischung':* CHRON. Pol. 1,2 p. 10,17 decreverat . . . rusticus ille pauper . . . quosdam amicorum . . . non ad prandium, sed ad ge-um invitare. 2,11 p. 77,3 quadam die puer . . . ad ge-um in silva residens *eqs.* COSMAS chron. 2,27 p. 121,23 que *(sc. cibi)* . . . superaverant presuli post hesternam genti-am (refectiunculam, -um *var. l.*). *in imag. et per compar.:* PETR. DAM. epist. 82 p. 448,9 quatinus, dum hoc *(sc. epulo intimae refectionis)* quasi parvo gi-o, ne deficiamus in via, reficimur, ad illud plenum, quod in caelo est, nuptialis convivii ferculum nutriamur. 91 p. 13,24 non dedignetur *(sc. sanctitas patriarchae)* . . . hoc pauperculi hominis perexile gi-um (ge-um *var. l.*).

ientiana *v.* gentiana. **ienu** *v.* genu.
Ienuarius *v.* Ianuarius.
ienucula, ienuculum *v.* geniculum.
***ierarcha, *ierarchus** *v.* *hierarcha.
***ierbum** *v.* *gerbum.
***ieremita,** -ae *f. (cf. arab.* ǧarm *[pl.* ǧurūm; *de re v. S. D. Goitein, A Mediterranean Society. I. 1967. p. 295]; inde gr.* ζέρμων *[cf. E. Trapp, Lexikon zur byzant. Gräzität. I. 2001. p. 642], ital.* germa *[cf. Battaglia, Dizionario. VI. p. 699], francog.* germe, djerme *[cf. Nouveau glossaire nautique d'Augustin Jal. Révision de l'édition publiée en 1848. G. 1989. p. 769]) navicula, scapha, ponto – Barke, (Fluss-)-Kahn:* ALBERT. MIL. temp. 22,6 p. 478,3 venerunt Saraceni per flumen cum . . . tribus -is ardentibus ad conburendum pontem. 22,18 p. 494,32 duxerunt quatuor -as ardentes per flumen, coopertas pice et oleo. *ibid. al.*

***ierichomium** *v.* *gerocomium. ***ierla** *v.* 2. *gerla.
ierobotanum *v.* hierobotane. ***ierosilia** *v.* *hierosylia.

[Niederer]

***ierosolimizo** *v.* *hierosolymizo. **iesi** *v.* 1. gero.
1. iessi *v.* 1. gero. **2. iessi** *v.* egero. **iestum** *v.* 1. gero.
[iettatrix *v.* *gituticus.] **ig** *v.* 2. hic. **igena** *v.* hyaena.
iggitur *v.* igitur. **igia** *v.* hygia. ***igidion** *v.* *hygidion.
iginus *v.* hyaena.
igitur *particula. script.:* hi-: FORM. Andec. 33 p. 15,24. yg-: *l.43.p.1246,69.* aegetur: CHRON. Fred. 4,85. igg-: *l.37.* igetur: *l.36.39. adde* DIPL. Merov. 85 p. 218,2. *ibid. al. de huius vocis usu v. C. Kroon, Cahiers de l'institut de linguistique de Louvain. 15/1-4. 1989. p. 236sqq.; Registros lingüísticos en las lenguas clásicas. 2004. p. 71sqq.; A Companion to the Latin Language. 2011. p. 184. 195 adn. 12.*

I *ergo, itaque, ideo, proinde – folglich, demnach, deswegen, daher:* **A** *def. (cf. p.1246,51.52):* GODESC. SAXO gramm. 1 p. 407,4 ergo, itaque, -r coniunctiones inlativum habent sensum. **B** *exempla:* **1** *sensu originario:* **a** *in univ.:* **α** *usu vario:* LEX Sal. Merov. prol. 2 convenit . . ., ut . . . omnia incrementa . . . rixarum resecare deberent *Franci* . . .; extiterunt -r inter eos electi . . . viri quatuor *eqs.* WALAHFR. Wett. 817 defuit heres; his -r verbis sese compescere coepit *comes: 'eqs.'* WIDUK. gest. 1,11 p. 19,12 sine vigilia et solita custodia manent *adversi*; irruamus -r super inprovisos *eqs.* OTTO FRISING. gest. 1,60 p. 86,21 quomodo . . . isti *(sc. ecclesia Gallicana)* in nostra *(sc. cardinalium)* presentia usurpare audent, quod etiam remotioribus . . . non licet? volumus -r (ergo *var. l.*), ut *eqs. saepe.* **β** *in ratione, conclusione logica:* CAND. FULD. Eigil I 9 p. 226,27 cura . . . disciplinae monachorum perfecta dilectio est . . .; -r in dilectione sincera modus sufficiens est praesentibus *eqs.* WIPO gest. 7 p. 30,21 alienarum . . . rerum invasores regi sunt obnoxii; ergo vos *(sc. Papienses)* alienae rei invasores fuistis, -r regi obnoxii estis. OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 18,21 naturae plures esse possunt; patet -r (ergo *var. l.*) . . ., quod *eqs.* p. 20,7 simplex non est *(sc. quod ex alio est)*, compositum -r (ergo *var. l.*) est. *al.* **γ** *in formulis chartarum:* DIPL. Merov. 41 p. 109,2 optabilem esse oportet . . . de caduca substantia erogandum locrari gaudia sempeterna; igetur nos . . . villa . . . visi fuemus concessisse. DIPL. Pipp. 8 p. 12,38 igg-r cognuscat omnium fidelium . . . sagacetas, quia *eqs. (sim.* DIPL. Karoli M. 90 p. 130,16 igetur notum sit . . . fidelibus *eqs.* DIPL. Loth. I. 4 p. 61,37 -r comperiat . . . fidelium . . . strenuitas *eqs. al.).* TRAD. Patav. 15 nihil . . . in hoc mundo intulimus nec quicquam ex eo nobiscum poterimus auferri . . .; -r ego Gogo . . . trado *eqs.* CHART. ord. Teut. (Hass.) 346 p. 260,22 nos y-r prescripti . . . protestamur . . . abrenunciasse de omni accione, quam *eqs. al.* **b** *c. imper. fere i. q. age – nun denn, so (denn):* WILLIB. Bonif. 8 p. 50,1 cessate, pueri, a conflictu . . .; iam enim diu optatus adest dies . . .; confortamini -r in Domino *eqs.*! WIDUK. gest. 1,25 sunt nobis, frater, copiae exercitus . . . et omne, quod decus regium deposcit, preter fortunam atque mores; . . . sumptis -r his insigniis, lancea sacra, armillis aureis . . ., ito ad Heinricum *eqs.*! OTTO FRISING. gest. 1,8 p. 24,15 assurge *(sc. comes)* -r (ergo *var. l.*) huic tam pessimo morbo *eqs. al.* **2** *in iuncturis plus minus abund.:* **a** *in univ.:* LIUTG. Greg. praef. p. 66,30 -r quoniam . . . claret *eqs.* CAND. FULD. Eigil. I 10 p. 228,33 hinc -r . . . cavendum tibi est, ne *eqs.* HRABAN. epist. 28 p. 444,14 -r ob hanc causam ceteris omissis *eqs.* GERH. AUGUST. Udalr. 1,28 l. 263 ideo -r . . . cum imperialibus muneribus eum *(imperatorem)* visitavit. *al.* **b** *in formulis chartarum (cf. l. 34):* TRAD. Frising. 18 (a. 762/64) ego Erchanpald cogitans enim aeternam beatitudinem possidere . . . propterea -r statui, ut *eqs. (sim.* TRAD. Patav. 7 ob hoc -r statui *eqs.* FORM. Marculfi 2,3 l. 13 -r itaque ego . . . et coniunx mea . . . considerantis, qua *eqs.).*

II οὖν, *autem, nunc, tum, et – also, (nun) aber, nun, (so)-dann, und:* **A** *in interr. (indir.: l.71):* **1** *c. sensu dubitandi, deliberandi:* AGIUS vita Hath. 21 quid -r faceret? vocabat pietas, dolor revocabat. VITA Heinr. IV. 1 p. 13,6 quid -r faciam? eloquar an sileam? **2** *c. exspectatione responsi negat. fere i. q. quippe – überhaupt, etwa:* WIDUK. gest. 1,22 p. 33,1 (rec. B) hac *(sc. capitalis sententiae)* -r perfidia quid nequius? 3,32 p. 119,8 quid -r (ergo *var. l.*) supersit sceleris, . . . excogitare nequeam. **3** *in iunctura plus minus abund.:* CAND. FULD. Eigil. I 5 p. 224,44 nonne -r ista, quae protulimus, ita nobis . . . deinceps fieri posse videntur? **B** *in enunt.:* **1** *c. sensu proponendi, confirmandi dictum:* **a** *in univ.:* EIGIL Sturm. 22 p. 158,30 (cod. EPB) Sturmen ad populum . . . convertendum destinavit *rex*; suscepto -r praedicationis officio *eqs.* RUOTG. Brun. 46 invaluit vis et magnitudo doloris; flebant -r *(om. B1)* omnes *eqs.* WALTH. SPIR. Christoph. I 4 ęcclesias clam parentibus . . . intravit . . .; cęlum -r in tenebris pulsans *eqs.* THANGM. Bernw. 4 consensus . . . omnium in hunc . . . iuvenem concordabat; communi -r electione . . . ordinatur episcopus. *saepe.* **b** *pro interpr. dicti:* CAND. FULD. Eigil. I 17 p. 231,14 octo -r columnae *(sc. supra dictae)* in hoc templo Domini stantes octo beatitudinibus . . . coaptantur. **2** *c. sensu comprehendendi, finiendi dicta (usu plus minus abund.: l. 21):* CAND. FULD. Eigil I 9 p. 227,7 haec *(sc. supra enumerata)* -r omnia . . . explicare curavi. WIDUK. gest. 2,23 huiuscemodi *(sc. astutis)* -r artibus saepius dux ab Immone delusus solvit obsidionem. BERTH. chron. B praef. p. 170,2 in his *(sc. supra nominatis)* -r et in huiusmodi perpluribus . . . totus semper continuus studuerat *(sc. Herimannus).* ALBERT. M. animal. 22,31 sic ergo canes enutriuntur -r et docentur et generantur. *al.* **3** *in anaphora sim.:* EINH. Karol. 7 p. 9,28 ut . . . apertum contra eos *(Saxones)* bellum suscipere dignum iudicarent; susceptum est -r (ergo *var. l.*) . . . bellum *eqs.* WIPO gest. 2 p. 17,33 alter alterius . . . cedere nolit honori; maximus -r honor, summa potestas circa nos adhuc versabitur *eqs.* OTTO FRISING. gest. 1,1 p. 13,25 cunctis -r (ergo *var. l.*) acclamantibus prefata electio . . . cassanda iudicatur. *al.* **4** *c. sensu revertendi ad propositum post digressionem:* WILLIB. Bonif. 8 p. 48,12 postquam -r fidei, ut praediximus, per Fresiam inluxeret splendor *eqs.* LIUTG. Greg. 6 -r quia paululum . . . a proposito itinere narrationis elapsus sum, nunc . . . redeam, unde digressus sum. WETT. Gall. 23 Iohannes -r praefatus alumnus viri Dei cum eo perseveravit *eqs.* WIDUK. gest. 3,50 -r, ut supra retulimus, cum deficeret . . . contra patruum suum Wichmannus *eqs.* OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 20,23 compositio -r (ergo *var. l.*) alia, ut dictum est, formarum, alia est subsistentium *eqs. saepe.* **5** *c. sensu continuandi, annectendi:* **a** *in univ.:* HUGEB. Wynneb. 13 en -r transacto temporum indutio *eqs.* WETT. Gall. 38 p. 278,35 eodem -r die *eqs.* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 891 p. 119,25 civitas . . . concremata est . . .; Nordmanni -r fines occidentalium Francorum invadentes *eqs.* BERTH. chron. B a. 1075 p. 227,3 dehinc -r autumnali tempore rex . . . Saxonum reliquias perdomandas . . . aggreditur. OTTO FRISING. gest. 1,68 p. 97,2 -r finita . . . processionis sollempnitate *eqs. persaepe.* **b** *in formula chartae:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,28 l. 239 (chart.) anno incarnationis . . . Christi nongentesimo octogesimo . . .; ego -r Gerhardus . . . notavi diem et annum. **6** *c. sensu denotandi exordium narrationis, epistulae, capituli sim.:* **a** *def. (cf. p.1245,15):* ALBERT. M. Iob 2,11 p. 48,3 '-r', inchoativum est, 'audientes tres amici Iob *eqs.*' 35,1 p. 407,39 '-r Eliu', incoeptivum est -r, non rationale vel illativum, 'haec rursum . . . locutus est'. **b** *exempla:* **α** *in univ.:* WILLIB. Bonif. 1 p. 4,14 qualiter in infantia Dei servitium inchoavit: inlustrem -r . . . Bonifatii . . . vitam . . . exili . . . opusculi huius stamine innectere . . . nitimur. HRABAN. epist. 12 Freculfo episcopo Rabanus . . . salutem! decursis -r tuis parendo preceptis *eqs.* AGIUS vita Hath. 1 pauca -r de singulis attingentes *eqs.* THANGM. Bernw. 1 incipit vita beati Bernwardi . . .: ortus -r egregiae indolis puer *eqs.* WIPO gest. 16 p. 36,13 quod rex Chuonradus Romae imperator est effectus: -r rex *eqs. saepe.* **β** *in formulis chartarum (in iunctura plus minus abund.: l.63):* TRAD. Patav. 31 (a. 789) in nomine Dei summi; -r etenim ego . . . tradidi *eqs.* DIPL. Karoli III. 2 Carolus divina favente clementia rex; noverit -r omnium fidelium . . . industria, quia *eqs.* DIPL. Conr. I. 20 Chuonradus Dei gratia rex; -r si . . . ecclesiis . . . augere curamus honores *eqs.* CHART. ord. Teut. (Hass.) 345 huniversis Cristi fidelibus presens scriptum visuris salutem . . .; noverint y-r huniversi . . . presens scriptum visuri, quod *eqs. saepe.* **7** *c. notione contrarii i. q. sed, econtra – jedoch, hingegen:* WETT. Gall. 37 p. 278,7 ex quibus *(fugientibus)* plurimi ad cellam sancti Dei festinabant . . .; hostis -r agili-

[Niederer]

ter eos persequebatur *eqs.* TRAD. Corb. 116 commemoratio traditionis, quam olim fecit Esic . . .; -r nepotes predicti viri . . . hanc traditionem irritam fecerunt. AGIUS epic. Hath. 423 an . . . inter solatia dicam, quod . . . ferme omnes dicere saepe solent: '*eqs.*'; non -r volo hoc . . . dicere vobis, sed *eqs.* TRANSL. Marci in Aug. 8 multa -r propter incuriam sunt a nobis derelicta. *al.*

III *nam, enim – denn, nämlich:* **A** *in univ.:* LIUTG. Greg. 2 p. 69,6 Dei secutus est vias duras; durum -r (namque *var. l.*) erat et valde asperum, ut *eqs.* ANNAL. Fuld. Altah. a. 900 p. 134,24 missos . . . ad explorandum transmiserunt *Avari*; quod . . . damnum . . . Baiowarici regni contulit; -r . . . regnum Baiowaricum ostiliter invaserunt. WIPO gest. prol. p. 7,18 illa -r est causa scribendi, quod *eqs.* CHRON. Thietm. 5,16 p. 239,29 legem -r vestram *(sc. Saxonum)* non . . . corrumpere, sed . . . malo *(sc. rex)* . . . adimplere. *al.* **B** *scilicet, et quidem, immo, id est – und zwar, genauer gesagt, vielmehr, das heißt:* **1** *in univ.:* BONIF. epist. 73 p. 152,15 -r, postquam . . . Gregorius . . . gentem Anglorum ad Deum verum convertit, privilegia ecclesiarum . . . inviolata permanserunt *eqs.* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 883 p. 109,24 diversis rebus ab Italia auditis . . . reversus est *rex*; -r Romae praesul apostolicae sedis . . . expiravit *eqs. (v. notam ed.).* OTTO FRISING. gest. 1,34 p. 53,21 ad dolos et ingenia se vertunt *(sc. Rogerius et exercitus)*; -r premissis quibusdam *eqs. al.* **2** *in formulis chartarum:* TRAD. Frising. 405 p. 349,16 (a. 819) hoc . . . donando seu -r omni conamine mentis reparando restauravit *presbyter (sim.* p. 349,20 verum -r). TRAD. Ratisb. 22 p. 28,8 convenit inter . . . abbatem necnon et . . . diaconum, ut aliquas res . . . inter se commutare deberent, quod et ita fecerunt; dedit -r . . . abbas *eqs.* DIPL. Frid. I. 219 p. 366,2 primum -r dilectos nostros . . . tantę dilectionis vinculo unire dignum censemus, ut *eqs.* (*sim.* 246 p. 43,7. 988 p. 275,17). TRAD. Patav. 766 Imiza . . . dedit sese censualem . . . cum omni posteritate sua, Leuza -r et Pertha. *al. usu plus minus abund.:* TRAD. Frising. 29 p. 57,29 (a. 769) donationem hanc fieri rogavimus, ut pars . . . faciant, quae voluerint . . .; -r enim ego et coniunx mea, . . . conplacuit nos, ut *eqs.* 427 p. 366,19 construxit *abbas* . . . in proprio sui -r genitoris alode oratorium. 437 p. 376,12 quod Altuuar presbiter iniuste suam -r partem in eclesiastica causa . . . tradidisset. 438 quomodo Cozpaldum de suo licet -r beneficio defraudare potuissent *(sc. insidiantes).* TRAD. Patav. 76 ego -r . . . Strutolf propriam hereditatem meam trado.

IV *etiam, quoque, insuper – (und) auch, überdies:* CAND. FULD. Eigil. I 23 p. 232,46 Paulus quoque apostolus . . . ; Loth -r uxor *eqs. fort. huc spectat (usu plus minus abund.):* TRAD. Frising. 400b p. 343,40 (a. 819) cum tam magno censu quam -r et servitio, sicut *eqs.*

? ***ignale,** -is *n.* (ignis, *per analogiam ad* naturale *formatum, ut vid.*) *alch. de quattuor elementis i. q. substantia ignea – feurige Substanz (in contextu obscuro):* Ps. GERH. CREM. sept. p. 319,44 una pars IV secundum sententiam naturalium, et subtiliter provenit secundum sententiam celestium et secundum sententiam -um, sed *eqs.*

ignarius, -a, -um. *ad ignem excutiendum aptus, focaris – zum Feuermachen geeignet, Feuer-:* RECEPT. Sangall. II 75 lapidem -um, id est unde ignem excutitur, bene tritum . . . cum resina frixa mixtum inplastrum inponis. *cf.* igniarius.

ignarus, -a, -um. *script. et form.:* yg-: *p.1248,22.* inn-: *p.1248,10.* ignor(us; *per analogiam ad* ignorare *formatum*): *p.1248,43. adde* WALTHARIUS 1428 *(var. l.). struct.: c. gen. (gerundii: p.1248,15.16): l.69.p.1248,5. saepe. c. acc.: l. 71. c. praep.:* in *(c. abl.): p.1248,34.* de: *l.72. pendet: inf. (pass.): p.1248,60. interr. indir.: p.1248,3. adde* MANEG. c. Wolfh. 21 p. 89,11. *confunditur c.* ignavus: *p.1248, 39.*

1 *sensu act.:* **a** *nesciens, ignorans – nicht wissend, (er)kennend, in Unkenntnis befindlich (über):* **α** *in univ.:* WILLIB. Bonif. 8 p. 54,9 antistes . . . huius *(sc. supradictae)* omnino -us causae *eqs.* TRAD. Frising. 63 p. 90,5 ego Hunperht divina evocatione correptus . . ., iuventutis delicta deplorans, sed rei -us finem *eqs.* AGIUS epic. Hath. 103 nolumus *(sc. apostolus)* -os . . . vos affore, fratres, de iam defunctis *(spectat ad Vulg. I Thess. 4,13).* RUOTG. Brun. 24 p. 25,22 homo . . . erat . . . summa . . . fortuna, sed -us, quomodo secundis rebus uti conveniret. CHART. Raitenh. 270 qui *(monachi)* facti immemores vel iuris -i . . . receperunt ordines *eqs. saepius. in figura rhet. litotes q. d.* non -us *i. q. non ignorans, bene cognoscens – sehr wohl (er)kennend:* ARBEO Corb. 8 papa viri Dei cum audisset verba, illius non -us sensus, quibus *eqs.* (*sim.* 16 p. 206,14. 33). VITA Chroth. 3 (MGMer. II p. 343,9) vir peritus in secularibus et secretorum regis non in-us. **β** *inscius, imperitus, inexpertus – unkundig, unerfahren, ungeübt, unvertraut (usu subst.: l.13):* AGIUS comput. 1,23 si . . . quiddam hinc *(sc. de numero)* ego conficiam, quod magis -is numeri quam . . . gnaris possit ad hoc studium affore proficuum. POETA SAXO 5,22 me magnus amor . . . -um fandi non reticere sinit. WIDUK. gest. 3,44 p. 125,22 cum novo milite et fere bellandi -o (-a, gnaro *var. l.*) triumphum peregit *dux*. LAMB. HERSF. annal. a. 1075 p. 206,18 quoniam . . . eum *(episcopatum)* administrare -us omnino litterarum non posset *episcopus. al. in figura rhet. litotes q. d.* non -us *i. q. pergnarus, prudens – sehr kundig, erfahren:* MAURUS progn. 30 p. 43b,24 medicus nature minister non y-us debet attendere diem principii *eqs.* **γ** *indoctus, ineruditus, rudis – unwissend, ungebildet, unaufgeklärt, roh (usu subst.: l.26.27.29; spectat ad discipulos docendos: l.29):* HUGEB. Willib. praef. p. 86,34 ego . . . velut quadam -a (-i *var. l.*) parva de pectoris prudentia pauca decerpens *eqs.* GODESC. SAXO gramm. 1 p. 375,23 remus ab -is et tortus et etiam fractus putatur, quando videtur in fluvio. 2 p. 492,14 ad id usque temporis ponitur -is illud, quod Cassiodorus . . . tractat *eqs. spectat ad paganos:* BONIF. epist. 76 nos inter feras et -as gentes Germaniae laborantes et grana evangelica plantantes. WALAHFR. carm. 68,5 -os studuit *Martianus* populos errore reciso factoris gregibus adsociare sui. HRABAN. carm. 13,56 mitia tradantur primo praecepta salutis mentibus -is in novitate fidei. **δ** *non suspicatus, inopinans – ahnungslos, nichts ahnend, nichts vermutend (per enallagen: l. 37. 39):* EPIST. Teg. I 9 filium . . . fratris sui non sponte sua sed -o . . . casu occidit *(sc. homicida).* WALTHARIUS 835 providus . . . iuvenis ferientem . . . intercepit et -um (ignavum *var. l.*) dimittere ferrum cogebat. OTTO FRISING. gest. 2,39 p. 146,21 quatinus per hoc *(sc. fasces)* huius rei -um deciperent *Veronenses* militem. REIN. LEOD. Regin. 10 ut abbatem . . . atque fratres . . . rei . . . tam subitae -oros fragor ille quasi stupidos reddiderit. *al.* **ε** *immemor – uneingedenk, nicht mehr kennend:* CONSUET. Marb. 342 ne, dum mens *(sc. praelati)* in exterioribus sit sollicita, sui solummodo fiat -a. **b** *expers, egens, liber – nicht (teil)habend, entbehrend, frei, unberührt (von):* RIMB. Anscar. 18 p. 39,17 cum . . . se omnes -os c o n s i l i i . . . dicerent (*sc. populus villae*; WIDUK. gest. 3,24 c. . . . -us). RUOTG. Brun. 29 de vita . . . omnis sollicitudinis et languoris -a. SERMO nat. virg. 10 quam *(fidem)* susceptam . . . populus . . . inviolatam omnisque persecutionis -am . . . servavit. ALFAN. premn. phys. 5,38 p. 70 ostendit . . . nomen . . . abyssi, quod materiae sit -a (*PG 40,629A* ἄπειρον). EUPOLEMIUS 2,519 umbre . . . -a Siene. *al.*

2 *sensu pass.:* **a** *ignotus, alienus – unbekannt, fremd:* VITA Euch. Val. Mat. 9 ubi *(sc. in paradiso)* assueverat *(sc. primus parens)* . . . omnem molestiam et tristitiam -am habere. **b** *impossibilis, qui nequit – unmöglich (zu):* CONR. MUR. physiol. 947 pestis nature, . . . clades -a retundi, totius terre speciale malum basiliscus.

ignatus *v.* innascor.

ignavia, -ae *f. script.* -abia: *p.1249,2. ?c. gen. inhaerentiae: p.1249,40.* **1** *inertia, torpor, pigritia, desidia – Mangel an Tatkraft, Trägheit, Faulheit, Müßiggang:* RADBERT. corp. Dom. 22,158 putas . . ., quod lateat Deum ullius conscientia, non dico si criminibus est obvoluta, verum -a si torpeat? EGBERT. fec. rat. 1,307 subiacet . . . solitis -a dampnis *(v. notam ed.).* ALBERT. M. summ. theol. II 19,124 p. 410a,26 -a . . . dicitur ignorantia propriarum virium, quando aliquis ex ignorantia propriarum virium opus virile non aggreditur. *al.* **2** *neglegentia, incuria – Mangel an Sorgfalt, Nachlässigkeit,*

Pflichtvergessenheit: LEG. Wisig. 10,1,4 si coheres ... iustissime, seu etiam per comentum aut per -a (-bia, -am *var. l.*) fuerit superatus. RADBERT. corp. Dom. app. 887 ne propter incuriam et mentis -am nobis proveniant haec ... ad perniciem ..., quae *eqs.* EPIST. var. II 35 p. 360,33 ut exemplo vestro *(sc. episcopi)* corrigatur supradictorum -a. PONTIF. Rom.-Germ. 99,46 iubeat eum *(paenitentem)* sacerdos ... colloqui cum eo de suprascriptis vitiis ..., ne ... pro verecundia aut -a sive oblivione aliquid putridum in corde remaneat. **3** *pavor, animus imbellis – Feigheit, Zaghaftigkeit, Untüchtigkeit im Kampf:* NOTKER. BALB. gest. 2,14 p. 278,9 non propter -am, sed propter inopiam rerum angustiamque terrarum ... ita in rubiginem versus *(sc. mucro)*, ut *eqs.* THIETM. chron. 6,80 is *(custos infelix)* ... urbem, quamcumque umquam ad tuendam accepit, non -a sui, sed infortunio ... semper amisit. OTTO FRISING. gest. 1,4 p. 15,26 dixisse fertur *princeps* se mirari nullum ... inveniri, in quo vires suas exercere posset, idque non virtuti, sed -ae deputabat. *al.* **4** *debilitas, imbecillitas – Schwäche, Gebrechlichkeit:* CHRON. Ebersb. I p. 12,20 qui *(frater Eberhardi)* septem filios habuit elegantes et octavum ... occultavit hospitibus propter -am suam et deformitatem. **5** *nequitia, vilitas – Nichtsnutzigkeit, Untauglichkeit, Wertlosigkeit:* EGBERT. fec. rat. 1,313 libertas decet hos humeros, ubi nobilis ortus; obscura et stulta est -a fasce premenda *(v. notam ed.)*. **6** *hebetudo, (mentis) socordia, ignorantia – Stumpfheit, (geistige) Beschränktheit, Unkenntnis, Ignoranz (meton. de hominibus: l.32):* ARBEO Emm. 11 p. 42,4 ut ne eorum *(sc. clericorum)* quis -e (-a, ignorantia *var. l.*) delinquat, ut huius *(sc. stupri)* criminis noxium me iudicet *eqs.* HUGEB. Wynneb. 1 licet ⌞opaca mentis -ae⌟ (lingua opace mentis -a sit *var. l.*) prepedita, tamen *eqs.* ALCUIN. epist. 254 p. 411,4 de canonica vita ... quid mea -a scribere ... poterit? WALAHFR. Gall. prol. p. 281,9 eligo potius pro -a lacerari quam pro inoboedientia condemnari. NOTKER. BALB. gest. 2,16 p. 81,5 de quibus *(sc. avo et proavo)* ⌞propter -am⌟ (per ignorantiam *var. l.*) modernorum grande silentium est *(sim. p.1250,11)*. LAMB. LEOD. Matth. I 1322 humani generis -a multa supernum dedidicit sperare bonum. *al. fort. add.:* CHART. Herf. 4 (R. Pape, E. Sandow, UB Herford. I. 1968. p. 3,6; c. 1240/68) ad cavendam in rebus rite gestis oblivionis -am opere pretium est, ut fidelium sollers adhibeatur testimonium.

ignavus, -a, -um. *script.* inn-: *p.1250,32. form.:* ini-: *p. 1250,18.32. decl. III. (cf. Stotz, Handb. 4,VIII § 5.7): l.63. adde* EPIST. pont. Rom. sel. I 11 p. 69,28 *(cod.)*.

ilico (ill-) *adv. metr.* illicŏ: ASINARIUS 353. ODO MAGDEB. Ern. 3,5. **1** *de loco i. q. in (ipso) loco, illic – (eben)da, dort:* HUGEB. Willib. 5 p. 103,4 ad Romam venerunt *(sc. presbyter et Willibaldus)* atque -o basilicam sancti Petri intrantes *eqs.* CHART. ord. Teut. (Hass.) 366 p. 273,20 Marpurg . . . intrabo non exiturus et ˹comesurus -o˺ (commessurus silico *cod.*), quousque id ad effectum perductum fuerit. *al. abund.:* LIUTG. Greg. 7 p. 72,37 ut propter Deum et amorem sancti Petri ibidem -o in ipsa ecclesia . . . flecteret genua sua omnis clerus. **2** *de tempore:* **a** *confestim, statim, sine mora – sofort, sogleich, alsbald, unverzüglich:* GLOSS. med. p. 18,8 si pullo irundinis de acu oculos pungas, illico videbis matrem eius florem huius herbae *(sc. celidoniae)* oculis adponere. HUGEB. Willib. 3 p. 92,8 crescente estatis chaumate, que presaga futuri solet esse febris, magna corporis -o arrepti sunt *germani* molestia. POETA SAXO 1,229 regalibus omnes dum parent iussis iuramentisque fideles se fore confirmant, reditum parat -o victor. CHRON. Thietm. 6,38 nepos meus *(sc. regis)* Thidericus illico ad me mittitur. BERTH. chron. B a. 1079 p. 350,8 unde et -o eum *(regem)* anathematizaret *papa. persaepe. v. et p.1270,70.* **b** -o (ut) *i. q. ubi primum, simul atque – sobald (als):* DIPL. Loth. II. 17 p. 412,18 ut villa . . . Uuatlinio, quam . . . ministerialis noster iure beneficiario obtinet, -o ut ei a nostra munificentia . . . fuerit reconpensata . . ., ad dominium eorum *(fratrum)* sub integro revertatur. CHRON. Salern. 117 p. 130,20 illico venerunt *legati*, omnes suos proceres sibi sistere iussit *imperator.* CONSUET. Marb. 311 quod cum signum sit obituri, -o ut auditum fuerit a fratribus, omnes accurrant. *post vel ante partic.:* WIDUK. gest. 2,1 p. 66,18 ˹perfususque -o˺ (perfusus itaque *var. l.*) oleo sancto et coronatus diademate aureo ab ipsis pontificibus . . . ducitur *rex* ad solium. THIETM. chron. 2,34 hoc *(sc. depopulationem)* Udo amicus regis -o comperiens Evurhardum occidit.

ilidrus *v.* chelydrus.

ilignus (deirinus), -a, -um. *ad ilicem pertinens, iliceus – (Stein-)Eichen-:* COMPOS. Luc. G 2 tolle lignum cerrinum aut deirinum (de -um *ci. Svennung ex loco corrupt. cod. L*) et munda ramus eius. *cf.* *herterinus.

[iliocolon *v.* ile.**]**

iliosus (yl-), -i *m. qui intestinorum dolore laborat – einer der an Darmschmerzen leidet:* MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 387^{D} iliacis (y-is *Antidot. Nicolai 69*) . . . detur opopyra . . .; sentiunt enim -i dolorem aliquando per XX dies post purgationem ex reliquiis materiei. *Leithe-Jasper*

ilium *v.* ile.

***illabilis,** -e. (in *et* labilis) *firmus, constans, perpetuus – fest, nicht wankend, immerwährend:* BARDO serm. p. 331,66 indeterminabilis aeternitas, -is stabilitas. ALEX. IV. registr. 348 p. 317,22 quod merita tua *(sc. filii)* apud nos habentur libro -is memorie commendata, age constanter.

illabor, -lapsus sum, -labi. *inferri, irruere – gleiten, sinken, fallen, kommen (in):* **1** *proprie:* **a** *de hominibus:* **α** *intrare, appellere – betreten, (an)landen:* BRUNO QUERF. Adalb. A 24 p. 30,7 non post multos dies carina secante terga maris Deum nescientibus -untur *nautae* Pruzorum terris. **β** *immergi – eintauchen:* HROTSV. Gong. 320 ut mox -sus *(sc. fonti)* exueret *(sc. aeger)* dedecus. **b** *de liquidis i. q. influere – hineinfließen, münden:* POETA SAXO 3,165 Alcmona Danubii . . . -itur undis. OTTO FRISING. gest. 1,45 qui *(Mogus flumen)* Maguntiae Rheno -itur. 2,43 p. 151,16 qua *(parte Danubii)* predicto amni *(sc. Danubio)* duo navigabilia, Reginus scilicet et Naba, -untur flumina. *al. de aquae ductu i. q. introduci – hineinführen:* CHART. archiep. Magd. 335 p. 439,27 (a. 1171) qui *(aquae ductus)* a fonte . . . per agros rusticorum . . . officinis fratrum -itur. **2** *translate:* **a** *descendere, infundi – herabsteigen, hineinströmen, eindringen:* WIPO mens. reg. 17 (ed. H. Bresslau, Werke Wipos. 1915. p. 87) rex pie caelestis, nostris -ere festis. CONSUET. Marb. 142 Deus . . ., pectori illius *(famuli)* purificando -ere. ALBERT. M. sent. 2,8^{E},7 p. 180^{b},30 utrum substantialiter -antur *daemones* mentibus hominum. *al.* **b** *incidere – verfallen:* WALTH. SPIR. Christoph. I 10 qui *(populus)* per lignum mortis -psus est culpam (in culpam *var. l.*). **c** *in iunctura* auribus (aures) -i *i. q. proferri, audiri – vorgebracht werden, zu Ohren kommen:* WALTH. SPIR. Christoph. II 3,24 -itur *fama* aures ignotum venisse virum. CHART. Turic. 227 p. 118,29 querimonia auribus principum . . . -psa.

illaboriosus, -a, -um. *non laboriosus – nicht mit Mühe, Arbeit verbunden, mühelos:* ALBERT. M. eth. I 813 p. 685,15 cum 'benepati sit -um' (*p. 1168^{a},24* ἄπονον) et 'benefacere sit operosum'. II 10,2,2 p. 627^{a},31 per se vacativa et -a *operatio. v. et l.23.*

adv. ***illaboriose.** *sine labore – mühelos:* ALBERT. M. eth. II 9,2,5 p. 581^{a},1 benepati . . . in accipiendo videtur illaboriosum esse secundum exteriorem laborem; prompte enim et -e omnes accipiunt.

illaboro (inl-), -atum, -are. *cum labore conscribere, conficere – mühevoll ausarbeiten:* HROTSV. lib. 1 praef. 1 hunc libellum . . . non parva diligentia in-tum omnium sapientium benignitati offero expurgandum.

illac (inlac, -aç) *adv. separatim scribitur: l.43.* **1** *ibi, illic – dort:* WILH. HIRS. const. 1,40 p. 388,7 ad crucifixum ibi inclinat *monachus*, quotiens illam (-c, illuc, illic *var. l.*) praeterit. **2** *illuc – in diese(r) Richtung, dort(hin):* PAUL. DIAC. Lang. 4,37 p. 132,1 -c (illa, illic, illuc *var. l.*) . . . est Italia, ad quam tendis *(sc. Lopichis).* WILH. RUBRUQU. itin. 30,1 quando transit *Mangu* -c *(sc. ad palatium) eqs. in iunctura* hac et -c *sim. i. q. huc illuc, quoquoversus – hierhin und dorthin, nach allen Seiten, überallhin:* RIMB. Anscar. 16 p. 37,19 populi . . . a loco ipso *(sc. civitate Hammaburgensi)* exeuntes et hac -cque palantes. ROGER. SALERN. chirurg. 4,112 pes . . . a suo loco disiungitur et modo hac, modo -c . . . vergitur. *saepe. v. et p. 1020,60. 63.* **3** *ultra – jenseits:* REGISTR. Trident. IV p. 272,7 ab aqua de retro Vadeci in laç platii apellati per XL annos non fuerunt serati *(v. notam ed.).* p. 272,26 a termino posito in capite poçe de Brutona inlaç versus Caustrum. p. 273,5 alasugario inlac usque in lapide fontis.

illacrimabilis (inl-), -e. *qui non deflendus, deplorandus est – nicht beweinenswert (in figura litotes q. d.):* RICHER. REM. hist. 3,109 nemini . . . in-is erat ea calamitas *(sc. obitus Lotharii; v. notam ed.).*

illacrimo, -are. **1** *intrans. i. q. flere, lamentari – weinen, (weh)klagen:* WALTH. SPIR. Christoph. I 26 his verbis -asse perhibetur: '*eqs.*' II 2,33 -ans, quoniam fidei ductore carebat. METELL. exp. Hieros. 3,318 quos *(milites)* dum primates dimittunt -antes. **2** *trans. i. q. effundere, secernere – vergießen, absondern:* DYASC. p. 80^{a} quod *(gummi)* truncus i-at.

illacto (inl-), -atum, -are. *lacte non alere – nicht stillen:* VITA Eberh. Commed. 2 cum tribus hebdomadibus . . . in-tus remansisset.

***illaesio** (inl-, ille-), -onis *f. incolumitas, integritas – Unversehrtheit, Erhaltung:* CONC. Karol. A 44 p. 479,41 ut cum omni honore et ille-e ad eum *(papam)* veniant *missi.* IONAS AUREL. transl. Hucb. 2 (MGScript. XV p. 237,6) quanto honore quantave in-e et incorruptione protectio divina illud *(corpus sancti viri)* donaverit. RICHER. REM. hist. 3,5 pro urbis ille-e supplicant *urbani (v. notam ed.). al.*

illaesus (inl-, illes(s)us, illęsus), -a, -um. *script.* inlis(us): *p. 1273,23.* **1** *sensu pass.:* **a** *proprie:* **α** *de anim. eorumque corporibus vel membris i. q. invulneratus, incolumis, salvus – unverletzt, unversehrt, wohlauf, heil:* FORM. Marculfi 2,48 quem *(aegrum)* si . . . presentaveris inlesum (inlessum *var. l.*). PAUL. DIAC. Lang. 1,4 in-is (in-i, illesi *var. l.*) non solum cor-

poribus, sed etiam vestimentis. HROTSV. Pel. 395 verticis -os omnes ... redde *(sc. Deus)* capillos. GERH. AUGUST. Udalr. 1,12 l. 63 lapidibus undique circa eum discurrentibus intactus et in-us subsistebat. CARM. libr. III 49,1,3 illesum sese quisque desiderat esse. ALFAN. premn. phys. 1,89 p. 22 -i (*cf. PG 40,532*^{C} κρείττους) reperti sunt *homines* a ferrarum rabie. VITA Heinr. IV. 7 p. 25,18 illeso imperatore. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 88,22 ut ... ungues serventur ... -esi. *persaepe. de anima et vita:* CAPIT. episc. I p. 62,10 ut ... animas vestras ... -esas custodiatis *(sc. presbyteri)*. HRABAN. epist. 46 p. 500,36 vitam vestram *(sc. Ermengardae)* -am ... maiestas divina conservare dignetur. SALOM. II. epist. 24 p. 410,20 vitam suam ... servavit *puer* inlesam. **β** *de rebus i. q. integer, intactus, totus – unbeschädigt, unangetastet, ganz:* LEX Baiuv. 19,9 si quis navem alterius tulerit ..., ipsam in-am (inlesa, illesam *var. l.*) reddat. PAUL. DIAC. Lang. 1,26 p. 66,26 in-um servant aspera saxa vitrum. ANNAL. Fuld. II a. 855 p. 45,21 ut ... vestis ab igne remaneret in-a (-a *var. l.*). OTTO FRISING. gest. 1,47 p. 67,10 quae *(tentoria)* sola ab hac tam perniciosa clade penitus illesa manebant. HELM. chron. 93 p. 184,29 omnia castra ducis erant -esa. *saepe.* **b** *translate:* **α** *inviolatus, firmus, validus – unbeschadet, gültig:* CHART. Sangall. A 7 (a. 736) presens ec ebistola omni tempore firma et inlisa permaniat. DIPL. Zwent. 11 ut hec a u c t o r i t a s nostra ... firma stabilisque perseveret inlesa (-esa *var. l.*; DIPL. Arnulfi 188 p. 291,44 [spur.] huius precepti a. *sim.* DIPL. Heinr. II. 395 p. 508,8. *al.*). DIPL. Constantiae 2 p. 7,9 ut ... monasterii iura illesa et illibata serventur. *al.* **β** *sincerus – aufrichtig:* TRAD. Frising. 667^{a} p. 562,2 si fidem inlesam conservaret *Chunihoh* erga ipsam episcopalem domum. **γ** *impunitus – ungestraft:* HILDEG. scivias 3,4 l. 144 quae *(austeritas)* tetigit incidentem iustitiam Dei nullam iniustitiam dimittentem -am. **2** *sensu act. i. q. innoxius, salubris – unschädlich, wohltuend, bekömmlich:* EKKEH. IV. bened. II 32 -ęsus sit noster potus et ęsus. 129 sit cibus -ęsus capreę, sit amabilis esus.

adv. ***illaese.*** *sine laesione, inviolate – unversehrt:* CHART. Eichsf. 320 p. 184,9 (a. 1247) omnem ordinationem et formam super predictis bonis ... factam ... diligenter servabimus *(sc. dux)* et illese.

illaetabilis (inl-), -e. *iniucundus – unerfreulich, widrig:* MIRAC. Bav. 1,16 his interim in-bus (inlaetalibus *perperam ed. Holder-Egger 1,6*) tali proventu posthabitis.

***illambo,** -ere. (in *et* lambere) *(de)lingere – (ab)lecken:* YSENGRIMUS 5,402 dividuos dentes interflua lingua pererret, oblique -ens scrupula quęque proba!

illamentatus, -a, -um. *indeploratus – unbeweint:* LAMB. WAT. annal. a. 1168 p. 549,39 qui multos christianos insepultos propria manu paraverat *(cod.;* prostraverat *ci. ed.)* ..., -us et insepultus ... extitit.

illapsus, -us *m.* *actio illabendi, infusio, irruptio – das Hineingleiten, Einfließen, Eindringen:* **1** *proprie:* **a** *irreptio – das Hineinschleichen:* CHRON. Reinh. a. 1201 p. 565,2 furtivis -bus ... intravit *Lupoldus* Erfordiam. **b** *incursus, impetus – Einfall, Angriff:* IOH. NEAP. Sever. 14 astra ... militum ad instar in procinctu confligentium ultro citroque alterno sibimet obviabant -u. **2** *meton. i. ostium – Mündung:* CHART. Port. 180 (a. 1264) quod ... nec agger aliquis vel molendinum in Sala ab -u rivi Trogebach usque ad inferius molendinum ... in preiudicium ... Portensium ... habeantur. **3** *in imag. vel translate:* **a** *in univ.:* REIN. LEOD. inept. 2 p. 601,37 suci ... inopes venae somno -um negabant. **b** *de descensione spiritus sancti:* IOH. NEAP. Ian. 8 numquid non huius *(ignis, i. spiritus sancti)* -u Petro loquenti fides et eleemosynae Cornelii centurionis sunt approbatae? VITA Theog. 2,15 p. 473,47 qui *(spiritus sanctus)* ... discipulis facile se infudit -u.

illaqueatio, -onis *f.* *laqueus – Falle:* ALBERT. M. animal. 22,114 si lupus aliquem sequitur et ille ... signum inter se ponit et lupum, lupus subsistit timens -em.

illaqueo (inl-), -avi, -atum, -are. **1** *proprie (in imag.: p.1274, 5.8):* **a** *(laqueis, retibus) captare – (mit Fallen, Netzen) fangen:* PETR. DAM. epist. 113 p. 289,16 postquam feram ... venator -at. CARM. Bur. 53^{a},1,2 passeres ... archiventor -vit. ALBERT. M. animal. 23,28 p. 1444,26 aves -tae gemere non cessant, donec moriantur. *al.* **b** *vincire, constringere, ligare – fesseln, binden:* HROTSV. Pel. 124 ut ... captos -at *rex barbarus* comites artis stringitque catenis. ACTA reg. Burgund. 80 p. 228,11 omnium apostolorum vinculis -tus *(sc. reus)* ... infernali cremetur incendio. CHART. Salisb. II 1009 ut lesori ... ecclesiastica sacramenta subtrahat *abbas* et ... vinculo excommunicationis -et. *al.* **c** *alligare – anbinden, 'aufknüpfen' (an):* OTTO SANBLAS. chron. 32 p. 46,21 multos ex eis *(sc. multitudine resistentium)* captos ... ramis arborum -os suspendit *imperator. ibid. al.* **2** *translate i. q. irretire, seducere, adducere ad, dolo capere – umgarnen, verführen, bringen zu, einnehmen:* HEITO Wett. 17 quos suo exemplo aut doctrina ad inlicita agenda in-verat. EKKEH. IV. bened. I 36,53 astu tot hominum ⌞nequit *hostis* -are⌟ (valet antecipare *var. l.*) ... unum. BENZO ad Heinr. IV. 3,20 ut in altera synodo ... facilius in-etur *(sc. papa)*. HIST. de exp. Frid. imp. p. 79,25 quidam ... a diabolo -ti ad hostes ... transierunt. *al.*

illaris *v.* hilaris.

illatenus *adv.* *de tempore i. q. posthac – künftig:* CHART. Stir. IV 497 (a. 1273) si ... iudicium ... per me *(sc. iudicem)* originaliter ducatur in devium et deinceps per nonnullos meis *(sc. Hertnidi)* -s inherentes vestigiis irracionabiliter occupetur.

illatio (inl-, -cio), -onis *f.* *pendet* de: *l.58.* **1** *corpor.:* **a** *actio inferendi – Einbringung, Überführung:* THEOD. AMORB. Bened. II 1 p. 260,29 vocaverunt ... festivitatem ... -em sancti Benedicti ..., eo quod ipsa die illatus est in monasterium ...; dicitur ... -o ... quasi inductio vel importatio *(distinguitur a translatione). ibid. al.* **b** *sepultura – Beisetzung:* NECROL. IV Oct. 25 p. 64 -o Iudde et Salome inclusarum. **c** *collatio, pensio, solutio – Beitragsleistung, Abgabe, Zahlung:* LEG. Burgund. const. I praef. 12 XII s o l i d o r u m iudex in-e (in-em *var. l.*) multetur (I 38,1. 89,5). FORM. Wisig. 36 decimas ... annua in-e me promitto persolvere. DIPL. Conr. II. 263 p. 364,24 ut absque ulla -e fiscali ... manere potuissent *(sc. fratres et alii)*. ALBERT. M. pol. 6,4^{1} p. 590^{b},19 'ab -e ...' (*p. 1320^{a},20* εἰσφορᾶς), id est contributione. *al.* **2** *incorpor.:* **a** *actus afferendi, infligendi – das Beibringen, Zufügen, Zufügung:* BERTH. chron. B a. 1078 p. 326,14 per plurimas i n i u - r i a r u m -es ... impetitus et molestatus est *episcopus* (DIPL. Heinr. III. 389 p. 539,2. CHART. Lub. I 157 p. 146,1). ALBERT. AQUENS. hist. 6,51 p. 472,10 minarum -e. CHART. Advoc. 180 p. 92,42 pro qua damnorum -cione nobis *(sc. episcopo)* bona ... resignavit *advocatus. al.* **b** *adhibitio, evocatio – Zuziehung, Zitieren:* HINCM. epist. 131^{b} p. 73,20 multiplicibus multiplicium -bus ... multiplicibusque collationibus ... in tribus libris ... respondere sategimus. OTLOH. quaest. 13 p. 77^{C} tentans *diabolus* ... nos fraudulenta sacrae scripturae -e in errorem aliquem inducere. *argumentatio, illustratio – Darlegung, Veranschaulichung:* CHRON. Noval. 5,30 ut -o haec demonstret. **c** *inspiratio, monitus – Eingebung, Rat:* OLBERT. Veron. 2 p. 843^{D} replicat *presbyter*, quas ... visiones et quas antea occulerat sancti viri -es (*antea:* indicia). **d** ἐπιφορά, *conclusio, ratiocinatio – Schlussfolgerung (usu log.):* EKKEH. IV. bened. I 41,23 propositis sumptis conclusio (gloss.: tres partes syllogismi) sit rata nostris, propositis sed et assumptis -o (gloss.: fit) nostris. GERHOH. Antichr. 2 app. 10 p. 352,28 cassa erit ... de sabellina haeresi in-o, quoniam *eqs.*

illativus (inl-), -a, -um. **1** *afferens, efficiens – bringend, bewirkend:* ALBERT. M. praedicab. 1,4 p. 8,6 significativa est *notio* et illuminativa (-a *var. l.*) eius, quod ignotum est. pol. 8,6^{1} p. 802^{a},25 'ambo *(sc. musica Phrygista et fistula)* ... iram provocantia', supple: sunt, 'et ⌞passionis -ae⌟' (*p. 1342^{b},3* παθητικά; *sim.* 8,6^{1} p. 801^{b},29). **2** *ratiocinativus – zur Schlussfolge gehörig, folgernd (usu gramm.):* ALBERT. M. eth. I 189 p. 168,12 hoc autem, quod dicit 'autem', habet virtutem -ae coniunctionis. CONR. MUR. summ. p. 81,2 que *(coniunctiones)* videntur -e seu respective, ut 'ergo' et similes. *v. et p.1246, 52.*

illator (inl-), -oris *m.* *qui (in)fert, parat – (Dar-)Bringer, Bereiter (in imag.: p.1275,3):* **1** *in univ.:* THEOD. AMORB. Bened. II 1 p. 260,19 quos habuit *pater* prius invasores, tunc

coepit habere devotissimos proprii sommatis -es. CHRON. Noval. 3,21 p. 104,1 vocatus . . . est . . . in-r ciborum ante regem. 5,37 ut eum *(Guntramnum)* vindicent *servi* ab -e mortis. **2** *qui iniuriam infert, auctor – Übeltäter, Anstifter:* RATHER. concl. 40,160 si, . . . vi publica expellor, intersit -is.

illatrix, -icis *f.* *quae inserit, intexit – eine die einzieht, einschießt (usu attrib.):* ALBERT. M. caus. univ. 2,3,7 p. 145,67 sicut textor liciatorium et naviculam subtegminis -em *(sc. exsequitur).*

illatro (inl-), -are. *ob-, allatrare – anbellen:* ALBERT. M. animal. 22,35 p. 1367,29 qui dentes *(sc. canis)* super se habet suspensos, non in-bitur a canibus.

illaudabilis (inl-), -e. **1** *laude non dignus, vituperabilis – nicht lobenswert, unrühmlich, tadelnswert:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 132,28 quanto plus habebunt *falcones peregrini* de contrariis bone forme, tanto erunt in-iores. CARM. BUR. 61,7[b],3 p. 18 nil tecum *(sc. puella)* est -e. *al.* **2** *non aptus, malus – nicht geeignet, schlecht:* ALBERT. M. veget. 6,208 'nutrimentum . . . eorum *(sc. castaneae et glandis)* est hominibus -e', eo quod nimis est stypticum. animal. 10,9 erunt *matrices durae* -is dispositionis, et ideo non possunt creare embrionem. *infaustus – ungünstig:* MAURUS progn. 3 p. 23[b],25 Constantinus . . . in libro febrium VIII genera ponit signorum laudabilium vel in-ium.

adv. ***illaudabiliter.** **1** *sine laude, indigne, turpiter – ohne Ruhm, unrühmlich, schändlich (in figura litotes q. d.: l. 28):* CHART. Rhen. inf. I 466 (a. 1178) huic . . . donationi . . . Reimarus hanc dispositionem non -r interiecit, quod *eqs.* CHRON. Reinh. a. 1195 p. 552,35 -r occisus est *antistes.* **2** *haud satis digne dictu – nicht gerade nennenswert:* ANNAL. Ianuens. I p. 51,8 tantum muri civitatis infra octo dies construxerunt *Ianuenses*, quantum -r non fecisset per annum aliqua civitatum Italie.

illaudandus, -a, -um. *non laudandus, ignominiosus – unrühmlich, schändlich:* CHRON. Reinh. a. 1198 p. 559,27 virtutis . . . locum deserentes . . . in occasum -e timiditatis vergere non timuerunt *(sc. comes et alii).*

illaudatus (inl-), -a, -um. *laudis expers – ungelobt, ruhmlos:* HEIRIC. Germ. I 6,608 carminibus nostris hic in-us abiret? *Orth-Müller*

illecebra (inl-), -ae *f.* *script.:* illic-: *l. 69.* -cibr(a): PIRMIN. scar. 23 p. 86,5 *(var. l.).* *confunditur c.:* ?illecebrum *(plur.): p. 1276,37.* inceleber: *l. 55. adde* PIRMIN. scar. 23 p. 86,5 *(var. l.).*

illicitatio, pellectio, delectatio – Verlockung, Verführung, Reiz: **1** *gener.:* **a** *in univ.:* HRABAN. hom. I 50 p. 92[D] guttur et nasum ad -am dulcium ciborum et suavium odorum non . . . adhibere, sed *eqs.* BERTH. chron. B a. 1077 p. 280,1 non modicis mammone corruptus *(sc. patriarcha)* -is. EPIST. Hildesh. 112 transitoriis mundanę voluptatis -is nimis deditus *(sc. scolaris). al.* **b** *de voluptatibus carnalibus:* HRABAN. inst. cler. 2,48 p. 409,30 apud christianos . . . ab omni in-a voluptatum abstinere oportet. RIMB. Anscar. 42 p. 78,32 inter diaboli temptamenta, inter c a r n i s -as (HADR. II. epist. 1 p. 695,26 duo . . . a te *[sc. Lothario II.]* c. devicto in-a [incelebra *B a. corr.*] . . . commissa videntur illicita *eqs.* SPEC. virg. 1,591 sensum rationabilem, si c. -is somno mentis depressus summiseris, vinculis non carebis. RUOTG. Brun. 29 pectus viri . . . pertęsum fuit . . . consuetę . . . voluptatum -ę. *al.* **c** *usu meton. i. q. esca (illecebrosa) – Köder:* VITA Serv. 45 p. 117,19 ceu lupis ad -am anhelantibus bifalcis . . . accurrere sauciandus non metuit alter *(sc. luporum, i. comitum) eqs.* **2** *eccl. et canon.:* **a** *proprie:* CONC. Karol. A 37,9 ab omnibus oculorum auriumque -is sacerdotes abstinere debent. DIPL. Ludow. II. 42 p. 151,9 quatenus incursionum remotis -is pio Domino regulari dediti *(sc. monachi)* disciplinae famulari iugiter delectet *(inde* DIPL. Otton. I. 240 p. 335,28. *al.).* **b** *meton. i. q. peccatum – Sünde(nlast):* WALAHFR. Wett. 462 bona facta libidine turpi fedavit *(sc. Karolus)* ratus in-as (illi-as *O*; suas voluntates *R*) sub mole bonorum absumi. 554 uterque unius -as (in- *var. l.*, voluntates *R*) precibus relevare precatur. **3** *gramm. de ipsa voce (sine respectu significatus):* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 491,5 adiectivum 'inlecebris' non est . . ., sed fixum est 'in-a' ut 'latebra' *eqs.*

***illecebris** (inl-), -e. *illex, illecebrosus – verführerisch, verlockend:* **1** *in univ.:* HRABAN. cruc. B 13,23 deposuit *Princeps* . . . ascita antiqui nisus, quae texit hiems mors cum -i (in- *var. l.*) lusu. **2** *de ipsa voce (sine respectu significatus):* ERMENR. ad Grim. 1,5,35 quae *(sc. verba)* . . . correpta permanent etiam in obliquis: ut . . . 'candelabrum', 'in-is', 'involucrum'. *v. et .l.1.*

illecebrosus (inl-), -a, -um. *illex, illicibilis – verführerisch, verlockend:* **1** *de rebus:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* WILLIB. Bonif. 2 p. 8,18 in-a in eo adulescentiae incentiva . . . sedavere. HUGEB. Wynneb. 1 dispectis . . . in-is . . . vitiorum petulantiis *eqs.* CONC. Karol. A 24[A],34 ut omnis populus . . . absque . . . in-o cantico et lusu saeculari cum laetaniis procedant. BERTH. chron. B a. 1077 p. 308,14 mundum cum suis delectamentis -is . . . relinquere. RUP. TUIT. trin. 30,29 l. 1662 mulieres -is gestibus et plangentes canunt et canendo plangunt. *al.* **β** *spectat ad voluptates carnis (matrimonii: l. 20):* ALDH. virg. I 35 p. 278,12 ut filius . . . -o (in-, incelebroso, ille celebroso *var. l.*) matrimonii l e n o c i n i o vinciretur (53 p. 312,4 -is [in-o, inlecel-o *var. l.*] lenocinii nexibus). ANNAL. Fuld. Altah. a. 899 p. 132,32 ut corpus suum in-o ac iniquo manciparet *regina* coniugio. PETR. DAM. epist. 27 p. 248,6 -a carnis oblectamenta. **b** *philos.:* ALBERT. M. summ. theol. II 15,93,6 p. 209[a],12 inferior portio rationis est, quae reflectitur ad sensum et sensibilia, et quantum ad hoc concipit -am delectationem. **2** *de hominibus:* VITA Corb. 18 p. 619,1 antequam in-am (ARBEO Corb. caram) coniugem a se expelleret *(sc. princeps).* CONR. MUR. summ. p. 160,14 mulier . . . poterit nominari: . . . illex, -a, inquinatrix *eqs.*

illecebrus (inl-), -a, -um. *confunditur c.* illecebrosus: *l. 41. 43.* **1** *illex, illicibilis – verführerisch, verlockend:* VITA Gertr. A 2 p. 456,10 ut non violatores animarum filiam suam ad in-as huius mundi voluptates per vim raperent *eqs.* *subst. neutr. i. q. illicitatio, temptatio – Verlockung, Versuchung:* VITA Liutb. 5 mala . . . atque mundi -a [illecebras *var. l.*] quasi praecipitia voraginum declinabat. **2** *fraudulentus, fallax, dolosus – (be)trügerisch, listig:* ARBEO Corb. 21 p. 212,5 in-is machinis viam viri Dei inpedire (*item* VITA Corb. 15 p. 615,19 in-is [-is, illecebrosis, inlecebrosis *var. l.*]). 22 p. 213,12 furti in-e m a c h i n a t i o n i s professus est *comes* ordinem (VITA Corb. 16 p. 617,3 in-e [inlecebrose, illecebrose *var. l.*] m. furtum). *ibid. al.*

illecetus *v.* 1. illicitus.

illectio, -onis *f.* *illicitatio, pellectio, temptatio – (Ver-)Lockung, Verführung, Versuchung (c. gen. inhaerentiae l. 56):* GERH. STED. annal. p. 209,3 ne . . . in aliquod devium . . . per -es seculares leviter devolveretur *(sc. Gertrudis).* CHART. Osterh. 29 p. 44,18 nullis . . . precibus vel -bus . . . intervenientibus. ACTA imp. Winkelm. I 579 p. 464,32 quod . . . comes . . . -um et inductionum suarum litteris blandis, immo fallacibus, vos *(sc. cives)* sepius sollicitaverit, ut *eqs.* (*cf.* 567 p. 455,28 allectionum). ALBERT. M. euch. 3,1,9,2 p. 276[b],10 tenetur *(sc. Christus)* . . . fortissima bonitatis et veritatis suae apprehensione nec dimittitur tentationis -e. *al.*

***illectivus,** -a, -um. *illecebrosus, appetibilis – verlockend, begehrenswert:* CHART. ord. Teut. (Hass.) 80 (epist. papae a. 1245) Cristi fideles . . . quibusdam -is premiis, indulgentiis scilicet et remissionibus, invitamus, ut *eqs. (item* CHART. Otterb. 89 p. 66,35 [epist. papae]. CHART. Neocell. Brixin. 66 [epist. papae]. *al.).* CHART. Traiect. 1231 is, de cuius munere venit, ut a fidelibus . . . sibi . . . serviatur . . ., quibusdam . . . -is m u n e r i b u s . . . fideles . . . remunerat et invitat (CHART. episc. Hild. II 896. CHART. Turic. app. 855[a]. CHART. Friburg. 134. *al.*). CHART. Mekl. 1132 p. 338,19 ut . . . indulgenciis . . . -is . . . vos *(sc. fideles)* ad eterne felicitatis gaudia . . . invitemus. *al.*

illectrix, -icis *f.* *seductrix, corruptrix, temptatrix – Verführerin, Verderberin, Versucherin (usu attrib.: l. 70. p. 1277,1. 2.4):* **1** *de hominibus:* SPEC. virg. 1,590 cum -i succubę robur in se *(sc. Samson)* latens necdum prodiderat *(spectat ad Vulg. iud. 16,4sqq.).* *adde:* SPEC. virg. 8,640 ubi . . . timor Domini

[Konstanciak]

. . ., ibi . . . robur spiritus contra furias mortis -es. **2** *de rebus:* SPEC. virg. 1,650 -x . . . peccati caro, qua femina *eqs.* 5,433 ad arcendas mortis -es, id est noxias delectationes *eqs.* 5,481 Eva sibilis -bus inclinatur ad culpam (*sim.* 8,752 sibilo -i). *ibid. al.*

illegalis (inl-), -e. *illegitimus, iniuriosus, improbus – ungesetzlich, widerrechtlich, unrechtmäßig:* **1** *in univ.:* **a** *gener.:* ALBERT. M. eth. I 374 p. 317,7 quot modis dicitur 'iniustus', quia tripliciter, scilicet 'avarus' . . . 'et inaequalis' . . . et '-is' dissonans a lege. ALBERT. M. eth. II 5,1,2 p. 334^{b},14sqq. *ibid. al.* **b** *publ. et iur.:* TRAD. Frising. 1118 (post 938) ut in-es iniustasque commutationes, que de aeclesiasticis rebus factae fuissent *eqs.* DIPL. Otton. I. 331 Cuonradus et Eberhardus, qui illud *(monasterium)* hactenus possidere visi sunt, exheredes et in-es sunt adiudicati (*inde* 332). **c** *mus. i. q. anomalus – nicht regelgerecht, anomal:* IOH. AFFLIG. mus. 21, 14 quod in -bus neumis saepe per ignorantiam cantus depravatur. **2** *exlex, legum expers – gesetzlos:* ALBERT. M. pol. 1,1^{t} p. 13^{b},28 qui *(Homerus)* de pravo *(sc. homine)* dicit: 'maledictus insocialis, -is (illegatus *ed.; p. 1253^{a},5* ἀθέμιστος), sceleratus'. 6,6^{k} 'neque qui sustinent' *(sc. custodiam noxiorum)*, viles scilicet personae sicut carnifices, 'volunt agere secundum leges'; -es enim sunt tales personae.

adv. **illegaliter.** *illegitime, iniuriose, improbe – ungesetzlich, widerrechtlich, unrechtmäßig:* HINCM. epist. 136 p. 96, 25 oportet eos . . . legaliter . . . disiungi, qui in-r in divina iustitia visi fuere coniuncti *(sc. incestu).* RATHER. concl. 40,139 ut -r cedens, resistere si datur, . . . cum his, qui mei incardinationem accusant, dampnasse convincar. c. Bucc. (QuellForschIt-Arch. 29. 1938/39. p. 19,28) eas *(sc. curtes)* . . . quique aut legaliter aut -r ei *(episcopo)* successerunt, . . . tenuerunt. epist. 26 p. 147,33 ob neglegentiam mercenariorum pastorum vocabulo non iure possidentium, sed in-r usurpantium *eqs. al.*

***illegalitas** (inl-), -atis *f.* *usu plur.: l.39.* *legum absentia, iniquitas – Ungesetzlichkeit, Unrecht:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* RATHER. epist. 21 p. 112,8 in qua *(invasione)*, cum contigerit in-e *eqs.* nupt. 1,9 Iohannem . . . doleo . . . quandam . . . suo despondi fecisse filio puellam . . . in-e . . . duplici. **b** *absurditas, ineptia, falsitas – Ungereimtheit, Verkehrtheit, Lüge:* RATHER. epist. 29 p. 167,23 ut in-es apertissimas fabulas nuncupasse illum *(sc. apostolum)* intellegas: res . . . ficta proprie dicitur fabula. **2** *philos.:* ALBERT. M. eth. II 5,1,2 p. 334^{b},16 -s . . . omnem continet iniustitiam et est commune genus omnis iniustitiae. **3** *mus. i. q. normae defectio, anomalia – Abweichung von der Regel, Anomalie:* IOH. AFFLIG. mus. 14,2 fit . . . ista cantuum -s in quibusdam venialiter. 22,69 quaedam *(antiphonae)* utroque -is modo efferuntur. ANON. ton. Schneider p. 112,36 cantuum -s, quando fit *eqs.*

[illegatus *v.* illegalis.**]**

***illegibilis** (inl-), -e. (in- *et* legibilis) *qui legi non potest, obscurus – unlesbar, nicht entzifferbar:* TRAD. Fuld. I praef. (ed. Meyer zu Ermgassen. 1996. p. 10,20) cartulas invenimus . . . antiquitate scripture modernis incognitas et pene in-es. CONST. Melf. 2,28 p. 333^{b},4 que *(privilegia)* secundum aliquorum locorum consuetudines per litteram -em (intelligibilem *var. l.*) et non communem scripta sunt.

***illegitimatio**, -onis *f.* (*cf.* in *et* legitimus) *origo non legitima – uneheliche Abstammung, 'Illegitimität':* ALBERT. M. sacram. 259 p. 170,19 ad -em personae duo exiguntur, scilicet dispositio inventa in persona non concordans matrimonio . . . et mandatum ecclesiae.

***illegitimitas,** -atis *f.* *status illegalitatis – Zustand der Ungesetzlichkeit, Unrechtmäßigkeit:* **1** *de illegitima generatione i. q. origo non legitima – uneheliche Abstammung, 'Illegitimität':* CHART. Bund 791 (epist. papae a. 1241) id, quod de ipsius *(sc. plebani illegitime geniti)* -e et pluralitate beneficiorum contra ipsum opponitur *eqs.* INNOC. IV. registr. A 666 emuli eis *(nobilibus viris)* malitiose . . . notam -is impingunt. **2** *de impedimento matrimonii:* ALBERT. M. sent. 4,27,2 p. 130^{b},30 ad hoc . . ., quod obiicitur de impotentibus ad coeundum, dicendum, quod haec est una causa -is personarum.

illegitimus (inl-, -tt-), -a, -um. *script.* inlig-: *p.1278,2.* *illegalis, iniuriosus, iniquus – ungesetzlich, unrecht(mäßig):* **1** *usu adi.:* **a** *de rebus:* FORM. Salisb. II 3,1,35 'melius est ligitimum regnum in brevi quam longum inli-um' *(de fonte v. notam ed.).* CAPIT. reg. Franc. 192,5 ubicumque commutationes . . . incommodae atque ⌊inrationabiles⌋ (in-ae et inrationabiles *var. l.*) factae sunt, dissolvantur. ANNAL. Geng. a. 1075 (MG Script. V p. 390,2) cum cerneret *(sc. abbas)* cunctos, qui novalia possidebant illius loci, in-a iura sibi vendicare *eqs. al.* **b** *de hominibus:* **α** *in univ.:* CHART. Turic. 552 p. 54,14 (a. 1241) si talem excessum . . . non correxero *(sc. comes),* . . . sum . . . tamquam exlex ad omnem actum legitimum -us (*item* 554 p. 57,13). *adde:* DIPL. Frid. I. 142 p. 239,33 ne aliqua imperii nostri legitima vel -a potestas . . . marchionem . . . in ius publicum evocare . . . presumat. INNOC. IV. registr. B 99 cum ea *(sc. officia)* per auctores -os illegitime sint adepti *eqs.* **β** *extra matrimonium genitus, spurius – unehelich, 'illegitim':* CHART. Osn. III 617 p. 436,21 (a. 1278) si . . . aliquis ex ministerialibus . . . puerum in-um ex comministeriali sua genuerit *eqs.* THOM. TUSC. gest. p. 517,15 quatuor . . . -ttimos filios habuit Fredericus. **2** *subst. masc. i. q. (origine) spurius, nothus – Unehelicher, Bastard, Kegel:* CHART. select. Keutgen 147 p. 165,32 (a. 1258) de -is . . . videtur nobis *(sc. arbitris)*, quod -i non debent assumi *(sc. ad scabinatum q. d.),* nisi probitatis merita . . . reddant eis, quod natales abstulerunt. THOM. TUSC. gest. p. 517,15 hic *(Manfredus)* . . . non fuit legittimus, sed inter -ttimos nobilior fuit.

adv. **illegitime.** *illegaliter, iniuste, iniquo modo – ungesetzlich, unrechtmäßig, auf unrechte Weise:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* FLOD. hist. 3,26 p. 331,10 qui *(Fulcrius)* uxorem legittimam in-ttime dimiserat alteramque . . . duxerat. DIPL. Otton. II. 80 proclamans *(sc. episcopus)* se quedam loca . . . iniuste et in-e a . . . aeclesia subtracta *(sc. habere).* CHART. Friedb. Hass. 65 p. 24,42 si . . . una ex eis *(sororibus)* . . . nupserit . . ., legittime seu -ttime, . . . a . . . perceptione sue pensionis . . . sit exclusa. *al. v. et l.14.* **b** *modo non matrimoniali – auf uneheliche Weise:* HELW. denar. p. 88,48 alii nascuntur de fidelibus quidem, tamen non secundum fidem generantibus, sed -ttime convenientibus. **2** *mus. i. q. anomale – regelwidrig:* RUD. TRUD. (?) mus. 1,19 p. 47,6 cuius *(enneachordi)* aliquando cantus in-e aggreditur C inferius.

illepidus (inl-), -a, -um. *incompositus, rudis, invenustus – kunstlos, roh, plump:* LIBRI Karol. 2,18 cum pene nul_lum habeat *(sc. textus)* . . . vigorem sensuque sit tepidus verbisque in-us et . . . ratione nudatus *eqs.* DUDO hist. p. 123,16 (ed. Lair; vs.) quamquam sensus hebes . . . thematis in-um quicquam, infacetum, inhonestum digerat *eqs.* HERM. AUGIENS. vit. 463 si in-o ore canam *(sc. Musa)* voceve raucida *eqs.* YSENGRIMUS 7,221 heu, genus -um *(de male cantantibus). al.*

adv. **illepide**. *incomposite, invenuste – kunstlos, plump:* HEIRIC. Germ. I prol. p. 431,8 quicquid in-e aut infacete rustica garrulitas digesserit. HERM. SANGALL. Wibor. prol. p. 110,11 non quia crasse compositum in-eque putetur *(sc. quicquam scriptum).*

illes- *v.* illaes-.

***illevatus** (inl-), -a, -um. (in- *et* levatus; *cf. ThLL. VII/2. p. 1233,17 et ital.* lievitato) *infermentatus,* ἄζυμος *– ungesäuert:* ORD. iud. Dei B 17,5^{a} p. 690,21 ex pane ordeaceo in-o accipiat presbiter pensante denariis duodecim et de caseo similiter.

illevigatus, -a, -um. *non levigatus, asper – nicht geglättet, rau:* PS. BEDA mund. const. 1,165 scabrum . . . est, quod rubigine obductum est aut -um remansit.

***illevitas** (inl-), -atis *f.* *gravitas, ponderositas – Schwere, Gewichtigkeit:* PAUL. BERNR. Herl. 50 reduxit *(sc. episcopus)* eum *(sc. corpus Wicterpi)* in Eptaticum miraculo in-is *(sc. antea descripto)* converso in miraculum.

1. illex (inl-), -icis. **1** *adi. i. q. illicibilis, blandus, illecebrosus – verführerisch, (ver)lockend, betörend, Lock-:* **a** *de personis:* VITA Wandr. 6 (MGMer. V p. 16,1) qui *(senex)* erat homo multum inlex *(ed.;* index *cod.),* . . . oculos speciosus *eqs.* WALAHFR. Wett. 582 si, quos prava docens . . . fefellit deque via . . . inlex (-x *var. l.*) commisit abire, hos iterum revocat *eqs.* BERTH. chron. B a. 1075 p. 227,18 his . . . per suaviloquos, -es

et corruptores internuntios minis . . . disseminatis *eqs.* LAMB. LEOD. Matth. I 649 quidam *(sc. interlocutorum)* bile tumens hec -e perfurit ore: *'eqs.' al. v. et p.1276,30. de animalibus personatis:* CARM. Otton. III. 20,3,48 lupus -x deierat ultro et malefidus cęnat asellum. *de diabolo (seductore):* LAMB. LEOD. Matth. I 681 post hominis casum, cum demonis -is astu persuasas epulas *eqs.* FUND. Schild. 16 de pleno pectore sorori ructabat *(sc. frater abbatissae)* minas, quas -x hostis inspiraverat. **b** *de rebus:* AMALAR. off. 3,40,4 -es formae intrant per oculos . . ., odor libidinosus per nares *eqs.* (*sim.* 4,7,7). AMARC. serm. 1,64 quid rectores mundi -e forma hortaris *(sc. splendor argenti aurique)* nescire Deum? WILH. CLUS. Bened. praef. p. 197[b],11 ut tuta . . . transeat *(sc. cymba operis)*. . . Syrenarum -es cantus aure surdissima. FROWIN. explan. 6,2 l. 170 -es motus carnis elidere. CONR. MUR. physiol. 1036 corniculis ostentatis velut -e preda decipit *(sc. cerastes)* et perimit animalia sollicitata. **2** *subst. masc.:* **a** *seductor, corruptor, temptator – Verführer, Verderber, Versucher:* EKKEH. IV. bened. I 51,20 hinc *(sc. ab hoc mundo)* sacer est raptus, ne quo foret -e captus. **b** *machinator – Anstifter:* LIUTPR. antap. 4,20 tanti . . . perniciosi facinoris -x Heverardus extitit comes.

2. illex *v.* ilex.

illibatio, -onis *f.* *incolumitas, integritas, plenitudo (illibata) – Unversehrtheit, (ungeschmälerte) Vollständigkeit:* CHART. Stir. II 108 p. 165,32 (a. 1210) fratrum utilitati . . . providentes *(sc. dux)*, sed et rei familiaris -i provide consulentes *eqs.* ALBERT. M. bon. 278 p. 159,9 'incorruptio' . . . dicit -em virginitatis per experimentum actus incontinentiae.

illibatus (inl-), -a, -um. *script.* inlab-: *l.34.p.1280,10. confunditur c.* libatus: *p.1280,4.*

incolumis, integer, intactus, imminutus, indefectus – unversehrt, unverletzt, ungeschmälert, unvermindert (fere de rebus; de animalibus: l.50sqq.): **1** *gener.:* **a** *in univ.:* FORM. Turon. 26 inter quos *(sc. contrahentes)* c a r i t a s in-a (inla-a *var. l.*) permanserit (CHART. Rhen. med. 43. 120 p. 125,13). DIPL. Constantiae 66 p. 207,25 quam *(devotionem)* . . . fideles nostri . . . -am . . . servare consueverunt. *al.* **b** *de virginitate:* ALDH. virg. I 29 p. 267,18 purae virginitatis munus -um. 52 p. 311,11 David . . . -a virginitate praeditus. HROTSV. Abr. 2,4 -a corporis integritate puraque mentis sanctitate *(de Maria)*. Sap. 5,29 sperne *(sc. Karitas)* praesens utile, quo pervenias ad gaudium interminabile, quo tui germanae fulgent coronis -ae virginitatis. *al.* **c** *de fide sim. i. q. inviolabilis, intemerabilis, firmus – unverletzlich, unverbrüchlich, fest:* CHRON. Fred. 2,62 p. 88,21 ego *(sc. Bellesarius)* . . . tibi *(sc. Iustiniano)* reddam bona pro malis . . . f i d e m . . . servans in-am (LIBER diurn. 69 p. 65,19 qui . . . f. suam in-am exhibet *eqs.* TRAD. Frising. 353 p. 303,9 ut semper erga domum Sanctae Mariae f. in-am et inviolabilem . . . conservaret *[sc. Haguno]*). *al.* **d** *de animalibus i. q. invexatus, pacatus – unbehelligt, ungestört:* DIPL. Loth. I. 51 p. 152,29 semper -a ipsorum *(sc. monachorum)* animalia ambulent, ubi *eqs. (inde* DIPL. Ludow. II. 27 p. 120,38. DIPL. Otton. I. 337 p. 459,36. *al.*). *al.* **e** *de cadavere, reliquiis:* VITA Desid. Vienn. 16 filium *(i. Christum)* chorus una et consona voce, una testatur ecclesia solidum et in-um. **2** *publ., iur., canon.:* **a** *in univ.:* LIBER diurn. 83 p. 92,10 ritum ecclesiae . . . in-um custodire. 92 ut . . . sanctorum canonum instituta in-a permaneant. CHART. Rhen. inf. I 14 eclesie custodes hec omnia possideant cum integritate in-a. EPIST. Meginh. 18 p. 212,6 ut ius suum integrum conditionemque -am optineant *(sc. ministeriales)*. DIPL. Constantiae 2 p. 7,9 monasterii iura illesa et -a serventur (*sim.* CHART. Aquens. 29 l. 11 [epist. papae] integra . . . et -a). CHART. Hall. 207 p. 193,12 ius patronatus . . . conventui . . . contulimus *(sc. archiepiscopus)* pro restauro *(i. pensatione)* pleno et -o iure quasi possidendum (*sim.* 268). *al.* **b** *de proprietate:* LIBELL. de conv. Baiuv. 12 p. 128,11 ut . . . in-ae ad ipsa loca . . . perseverare valeant (*sc. res; inde* DIPL. Ludow. Germ. 46). DIPL. Conr. II. 201 p. 271,16 abbatiam . . . precipimus dein in-am perseveratum iri (*sim.* 202 p. 272,14). CHART. Burgenl. 470 p. 315,35 terram . . . dedimus . . . in . . . proprietatem -am. *al.* **c** *de pactis vel contractis:* EPIST. Hildesh. 16 tale pactum fraternitatis . . . manere semper fecimus *(sc. canonici)* -um. 31 ut hoc factum *(i. pactum matrimoniale)* -um permaneat *eqs.* CHART. Solod. 364 ut . . . talis contractus firmus permaneat et -us *eqs.* (*sim.* CHART. Turic. 927 p. 12,1 ut . . . hec firma et libata [-a *ci. ed.*] permaneant). *al.* *ratus, validus – zuverlässig, dauerhaft gültig:* ANNAL. Magd. a. 969 p. 149,51 ut civitatem ipse *(sc. praesul)* a debito . . . absolveret et tunc demum privilegium et subscriptio -a fieret. **d** *in formula corroborationis q. d.:* CONST. Constant. 279 haec . . . omnia . . . usque in finem mundi -a (inl-, inla- *var. l.*) et inconcussa permanenda decernimus. TRAD. Patav. 19 post obitum meum *(sc. Altonis)* firma et in-a haec c a r t u l a permaneat (CHART. Sangall. A 146. TRAD. Patav. 35. *al.*). DIPL. Karoli III. 89 p. 147,23 ut hec . . . futuris temporibus in-um obtineat roborem *eqs. saepe.* **3** *eccl. et theol. de sacrificio i. q. intemeratus – makellos (de usu in canone missae v. J. A. Jungmann, Missarum Sollemnia. II. 1952. p. 190 n. 19):* ALBERT. M. miss. 3,6,6 p. 101[a],5sqq. dicuntur *(sc. sacrificia)* . . . -a, hoc est non degustata; . . . ideo -a dicuntur, quia ad usum humanum non sunt adhibita.

adv. **illibate.** *integre, intemerate, firmiter, valide – unversehrt, ungeschmälert, unverbrüchlich, gültig:* LIBER diurn. 67 qui in commissis sibi fidem propriam in-e exhibere festinat *eqs.* FORM. epist. III 1 p. 525,33 misericordiam culminis vestri *(sc. imperatoris)* in-issime erga nos, famulas vestras, vigere . . . probamus. DIPL. Loth. I. 32 p. 109,25 ut, sicuti supra a nobis concessum est, rate in-eque mansurum permittant *(sc. fideles imperatoris)*.

***illibens,** -entis. *invitus – widerwillig (in figura litotes q. d. ['nur zu gern']:* FUND. Herv. (MGScript. XV p. 1053,31; s. XII.[med.]) non -s, quae esses, interrogarem, sed nequaquam, domina, auderem.

adv. ***illibenter** (inl-). *invite, aegre, gravanter – widerwillig, ungern:* RATHER. epist. 30 p. 176,1 non adeo in-r audistis, ad quam vesaniam . . . illius Martianistę processerit temeritas.

illiber, -era, -erum. *qui liberae condicionis non est – unfrei:* CHART. Pommerell. 313 p. 267,33 (a. 1280) cum aliis terrigenis nostris, liberis et -is, terram defendere . . . tenebuntur *(sc. incolae)*.

illiberalis (inl-), -e. *usu subst.: l.42.48.50.52.* **1** *degener, humilis, sordidus – unedel, gemein, unanständig:* ARNULF. SAG. invect. 4 p. 96,28 in eo *(sc. papa)* . . . nil -e pueritia, nil adolescentia fluxum, nil iuventus infame, nil virilis etas edidit indecorum. ALBERT. M. pol. 7,15[e] p. 747[b],22 'oportet . . . et ludos esse, neque -es (*p. 1336[a],29* ἀνελευθέρους)', supple sicut sunt turpes, 'neque superlaboriosos' *eqs.* **2** *avarus, tenax – geizig, knickerig:* ARNULF. HALB. ad Heinr. p. 474,27 cur ex grato ingratum, ex amico inimicum, ex munificentissimo in-em (inliberabilem *cod.*) facis? ALBERT. M. eth. I 266 p. 231,37 'prodigus' . . . 'abundat in dando . . .;' '-is' e contrario se habet in 'deficiendo' *eqs.* 267 p. 232,37 ostendit *(sc. philosophus)* comparationem . . . prodigi ad -em. animal. quaest. 6,14/18 p. 167,21 senes naturaliter sunt -es. *al.* **3** *qui ad artes liberales non pertinet – nicht den Artes liberales zugehörig:* RUP. TUIT. trin. 40,3 l. 58sq. alia *(sc. scientia est)* liberalis, alia -is; litteralis et -is est medicinae ars.

illiberalitas, -atis *f.* **1** *animus illiberalis, inhonestas – unedles Wesen, Unehre (usu philos.):* ALBERT. M. pol. 7,15[h] p. 748[a],33 'rationabile . . .' supple est, 'assumere -em (*p. 1336[b],3* ἀνελευθερίας . . . ὄντας)', id est inhonestatem, 'ab auditis et visis'. **2** *avaritia, sordes, tenacitas – Geiz, Knickerigkeit (usu philos.):* ALBERT. M. bon. 116 p. 76,26 liberalitas, cuius extrema sunt prodigalitas et -s sive avaritia. eth. I 145 p. 128,33 quae *(datio peccuniarum)* dicitur 'liberalitas' et 'superabundantia et defectus prodigalitas et -s'. 266 p. 231,28 'prodigalitas et -s sunt defectus et abundantia in duobus' *eqs.* 271 p. 235,39 determinat *(sc. philosophus)* de altero vitio opposito liberalitati, scilicet -e. eth. II 4,1,8[capit.] de -e, quae plus opponitur liberalitati quam prodigalitas. *ibid. al.*

?***illibezzus,** -i *m.* *(orig. inc.; de re v. W. Sanders, Rhein. Vierteljahrsblätter 42. 1979. p. 421) mustella putorius (L.) – Iltis:* ALBERT. M. animal. 8,51 est . . . animal . . ., quod Avi-

[Konstanciak]

cenna katiz appellat et est aput nos pullos comedens . . ., quod gallice fissau vocatur, Germanici autem -um vocant.

***illibitum,** -i *n.* *quod libitum non est – Unbeliebtes (in lusu verborum):* CARM. Bur. 71,6,7 plus renuo debitum, plus feror in vetitum; plus licet -um, plus libet illicitum.

***illibo,** -avi, -are. **1** *dare, donare – geben, schenken:* WALTH. SPIR. Christoph. II 3,226 aecclesię natis -ans *sol iustitiae (i. Christus)* oscula Patris *(cf. Verg. Aen. 1,256).* **2** *imbuere, exornare – erfüllen, ausstatten:* VITA Notkeri 46 p. 594a,32 qui *(spiritus)* eum ab infantia suis charismatibus -verat.

***illibro,** -are. *librando assignare – wägend zuweisen:* COD. Udalr. 283,2 cecutis *(sc. Cistertium)*; mundum, pensa, qua lance secundum -es menti; mox ne devexa petenti syngrapha sit nutans.

illic *adv.* **1** *spectat ad locum (ubi aliquid [situm] est) i. q. ibi, eo loco,* ἐκεῖ *– dort, daselbst (def.:* GODESC. SAXO theol. 9,4 p. 205,15 '-c' in loco, 'illuc' ad locum *[sc. significat]):* **a** *in univ.:* **α** *strictius:* HUGEB. Willib. 3 p. 91,13 -c *(sc. iuxta urbem Rotum)* . . . requiescentes iterum pergere ceperunt et multa sanctorum -c oratoria . . . orando petiverunt *(sc. pater c. filiis).* WIPO gest. 20 p. 39,24 ad oppidum . . . veniens colloquium publice condictum -c habuit *(sc. imperator). persaepe. v. et l.57. in correlatione* hic . . . -c: POETA SAXO 5,39 nunc terrens bello, nunc donis alliciendo, -c magnanimus, hic . . . munificus. THIETM. chron. 7,4 p. 404,5 nunc hic, nunc -c . . . latitantes adventum domini solliciti prestolantes *(sc. Wirinharius eiusque socii). v. et l.33.* **β** *latius i. q. hic, illi – bei dieser Gelegenheit, dabei:* BERTH. chron. B a. 1079 p. 353,3 Beringarius Turonensis heresim suam -c *(sc. in synodo Romae habita)* abiuravit, catholicam fidem professus est. *v. et l.20.* **b** *de mundo animarum, caelo, regno Dei:* HRABAN. carm. 4, 1,25 tu, Christe, tuis servas per saecula regnum, et quos salvas -c, hic corripis ante benignus. 82,12,2 laudes -c sempiternas Christo dicunt *(sc. martyres)* principi. AGIUS epic. Hath. 503 inter se dirimi minime nunc convenit -c *(sc. ubi Hathumoda moratur)* . . . uno utero genitos. HRABAN. carm. 4,3,12 post hanc vitam conscendens *(sc. Ester regina)* lucis ad arcem, -c quo teneas regna beata poli. *al.* **c** *de locis in libris, scriptis sim.:* HRABAN. carm. 3,23 invenies *(sc. imperator)* -c *(sc. in libro)* divinae famina legis *(sim.* 23,15). epist. 5 p. 390,17 ut, quae -c *(sc. in elencho capitulorum)* prenotata sunt, eorum indicio in libro . . . repperiat *(sc. lector).* AGIUS comput. 3,19 si . . . ferias cognoscere gestis, . . . -c *(sc. in paginula)* inspicias . . ., quonam . . . loco sint haec elementa locata: *eqs. al.* **2** *spectat ad directionem (quo aliquid vertatur) i. q. illuc, eodem,* ἐκεῖσε *– dorthin, (eben)dahin:* **a** *in univ.:* HUGEB. Willib. 4 p. 101,27 pergebat -c *(sc. ad urbem Nicaeam)* a Constantinopoli. *saepe.* PASS. Kil. I 5 -c *(sc. ad limina Sancti Petri;* illuc *var. l.)* venientes *(sc. Kilianus eiusque socii) eqs.* MIRAC. Columb. 4 (MGScript. XXX p. 999,27) ut cognovit *(sc. Francigena quidam)* . . . a dicentibus . . . aecclesiam . . . constructam, orationis causa -c (illuc *var. l.*) pervenit. TRAD. Teg. 224 ut annuatim censualiter -c *(sc. ad S. Quirinum)* V nummos exsolvat *(sc. Rŏdolfus). saepius.* **b** *de mundo animarum ('Jenseits'):* EPITAPH. var. II 36,4 decessit *(sc. mortua)* . . . -c tunc rediens, venerat unde prius. **3** *?confunditur c.* ille: HUGEB. Willib. 4 p. 97,2 XII lapides -c sunt in ecclesia . . .; -c (illi *2; recte, ut vid.*) sunt XII lapides, quos tulerunt filii Israel de Iordanne. ADAM gest. 4,21 p. 252,7 quot diebus -c (ille, ibi *var. l.*) commorari voluerit *(sc. hospes) eqs. adde:* LIBER diurn. 71 p. 68, 11 congregatione illi constituta (congregationi -c constitutae, a congregatione -c constituta, congregatione -c constituta *var. l.*).

***illicentiatus** (-nci-), -a, -um. *(cf.* in- *et* licentia; *non occurrit in schedulis nostris ante s. XII.) illicitus, impermissus – unerlaubt, ohne Erlaubnis (fere de recessu non concesso [per fugam: l.70; clandestino: p.1282,3]):* INNOC. III. registr. 1,85 p. 124,2 iniquitatem iniquitati . . . apponens *(sc. Passaguerra)* a nobis -us . . . abscessit. 186 p. 273,11 mentionem non faciens -us recessit *(sc. abbas). al.* CHART. Hamb. 366 p. 323,3 (epist. papae) ingratus gratiae sibi factae . . . a nobis -us aufugit *episcopus.* CHART. Gosl. I 632 qui *(procurator)* -ciatus et c o n t u m a c i t e r recessit a iuditio (CHART. Pomm. 628 p. 36,2 pars adversa . . . a nobis *[sc. episcopo]* c. -a recessit). RICHER. SENON. gest. 4,32 p. 318,46 a . . . creditore suo . . . detinebatur *(sc. Hanricus)* . . .; quadam die equum suum ascendit, -us (dili- *a. corr. cod.*) de civitate recessit. *saepius.*

illicet *v.* ilicet. ***illicinus** *v.* *ilicinus.

illicio (inl-), -lexi, -lectum, -ere. *coni. praes.* illecet: *l.40. ?usu refl.: l.52. partic. perf. usu adi.: l.44. confunditur:* illect(us) *c.* illicit(us): *l.37.* illex- *c.:* illux-: *l.17.51.* illus-: *l.17.* intellex-: *l.48.*

vel consequens finem motus solis ad ortum; . . . eadem causa est de -e domus a candela. *al. de concinnatione luminarium:* CHART. Altenberg. 282 p. 198,31 (a. 1269) si . . . predicta forma de -cione sanctorum . . . non fuerit observata. **β** *actio lucendi – das Leuchten, Scheinen:* GERHOH. novit. 21,19 splendor . . . suscipit -em sicut calor . . . desiccationem. ALBERT. M. animal. 1,209 ex longinquo contingit *(sc. videre)* propter spiritus et humorum obscuritatem, quae requirit distantis claritatis magnam -em. summ. theol. II 11,51,1 p. 538b,3 -o . . . est finis motus ascensionis . . . luminosi corporis. *al. v. et p.1292,57.58.* **γ** *actio accendendi, accensio – das Anzünden:* FLOD. annal. a. 924 p. 25,13 -es (in- *var. l.*) candelarum . . . multae per diversa Franciae loca . . . factae. **b** *latius:* **α** *visus restitutio – Wiederherstellung des Sehvermögens:* ALTFR. Liutg. 1,25 p. 31, 13 constrinxit . . . eum *(Bernlef)* sacramento, ut . . . nulli causam ⌊huiuscemodi in-is⌋ (qualiter illuminatus fuerit *var. l.*) indicaret. 1,26 in ea . . . in-e permansit *Bernlef.* **β** *actio exornandi, decoratio – Ausmalung, Verzierung:* BERTH. ZWIF. chron. 9 p. 170,15 dedit *Heinricus* . . . unam hubam . . . ad -em . . . ecclesiae. CHRON. Andag. 8 p. 24,3 Fulconem precentorem . . . in -bus capitalium litterarum . . . peritum. **2** *translate i. q. actio animam illuminandi, inspiratio – innere Erleuchtung, Eingebung:* **a** *in univ.:* ALCUIN. carm. 85,3,11 miserere, spiritus paraclytus, . . . in-o mea. DIPL. Otton. II. 68 eo quod temporale commodum aeternae remunerationis gratia divina inspiratus -e nihili penderat *Êrvuicus.* ALBERT. M. cael. hier. 4 p. 69,64 nullus recipit -es a Deo immediate, sed mediantibus angelis. Ier. 1,9 p. 637,23 per intellectus -em. *saepe.* **b** *de conversione ad veram fidem christianam:* MARTYR. Fuld. non. Iun. p. 664a,56 ad -em totius Germaniae transmissus *Bonifatius.* HERM. IUD. conv. 12 p. 107,24 ut pro mea -e suas ad Deum preces dirigere dignarentur *inclusae.* 18 p. 117,26 recordatus, quantis . . . precibus . . . talem celitus pro mea -e visionem impetrare sategeram. **c** *cognitio, scientia – (Er-)Kenntnis:* RUP. TUIT. vict. 2,10 p. 57,8 est . . . alia oculorum apertio, qua cognituri erant *(sc. Adam et Eva)* . . . se esse nudos, et est alia, quę -o dicitur, ut nihil latere possit. **3** *meton.:* **a** *lux, lumen – Licht:* IOH. WIRZ. descr. 1005 ubi *(sc. altari)* dependet ampulla cum continua -e. **b** *splendor – Glanz:* COMPOS. Luc. I 5 temperatio . . . aceti cum aqua pro -e ad hocsiporfiron. **c** *in titulo honorifico i. qui illuminat, doctor – Erleuchter, Bekehrer:* CHART. Sangall. A 163 (a. 801) notavi . . . anno secundo domno nostro Carolo . . . rege Francorum et Langobardorum . . . et in-cio Saxanorum.

***illuminativus,** -a, -um. *usu subst.: l.49.51. qui illuminat, illuminans – erleuchtend:* ALBERT M. eccl. hier. 5 p. 127,49 ordo episcoporum est 'perfectivus, sacerdotum -us' (*PG 3,508C* φωτιστική), diaconorum 'purgativus' *(cf. l. 63).* Iob 10,22 p. 153,46 ustivum ignis mittitur ad inferos, -um . . . ad superos. eth. II 1,6,7 p. 94a,33 idem . . . principium est in esse rei, quod est -um ad cognoscere. probl. det. 2 p. 50,2 sicut unum lumen fluit super aliud, per quod constituitur in esse luminis et in v i r t u t e -a (div. nom. 4,70 p. 180,34). CONR. SAXO spec. 7 p. 287,18 videtis in Maria plenitudinem sapientiae -am. *ibid. al. v. et p. 1274,61.*

illuminator (inl-), -oris *m. qui illuminat – einer der erleuchtet, Erleuchter:* **1** *corpor. i. q. visus, luminis restitutor – Wiederhersteller der Sehkraft, des Sehvermögens:* LAMB. TUIT. Herib. 2,10 p. 229,22 animatur *caecus* -em suum *(i. sanctum Heribertum)* sedulo invisere. **2** *incorpor.:* **a** *in univ.:* CONST. Constant. 109 -e (in- *var. l.*) nostro Silvestrio universali papa. ALBERT. M. sent. 4,17,40 p. 724a,43 quia sacerdos est -r et perfector et purgator *(sim.* 4,17,41 p. 727b,4. 4,37,3 p. 384b,30. *al.; cf. l. 47).* summ. theol. II 10,37,1 p. 409a,24 scientia . . . non est nisi receptum lumen ab -e. *al. de Deo (in appellatione: l. 70):* LULL. epist. 98 p. 220,19 quo *(magisterio Bonifatii)* mihi post in-em celestem . . . mentis obtutus aperitur. DHUODA lib. man. 3,6,25 in-r (-r *var. l.*) mundi. VITA Liutg. I 21 p. 66,18 fac gratias . . . in-i omnium Deo. HERM. IUD. conv. 21 p. 127,3 laudes . . . tibi piissimo -i meo immolare non desino. *al.* **b** *qui ad fidem christianam convertit – Bekehrer zum christlichen Glauben:* VITA Euch. Val. Mat. 13 obsecro te *(sc. Eucharium)*, renovator nostrae urbis et -r totius gentis, ut *eqs.*

illuminatrix, -icis *f. usu attrib.: l. 8. quae illuminat – eine die erleuchtet, Erleuchterin (per compar.: l. 9):* DIPL. Karoli M. 272 p. 402,38 (spur. a. 804) beatę -is mundi semper virginis Marię (*sim.* CHART. Carinth. III 246 mundane tempestatis). AEG. AUR. gest. 3,6 p. 84,28 munera episcopo . . . deferenda ad -em graciam ecclesie. ALBERT. M. Iob 31,28 p. 363,39 quidam . . . venerabantur . . . lunam ut ducem et -em in sanitate et prosperitate terrenorum. probl. praef. p. 31,8 articulos . . . vestrae paternitati *(sc. Alberto)* tamquam vere intellectuum -i transmittens dignum duxi *(sc. Aegidius)*, ut *eqs. al. in interpr. nominum:* VITA Helenae p. 182,26 helios . . . grece latine sol interpretatur, unde et ipsa et nomine et merito Helena, hoc est -x, est vocata *eqs.* ALBERT. M. nat. bon. 123 Maria Hebraico sermone tres habet interpretationes, scilicet '-x', 'stella maris' et 'amarum mare' (*sim.* CHRIST. STAB. Matth. 1 [PL 106,1276C]). *al.*

***illuminatura,** -ae *f. illuminatio – Beleuchtung:* CHART. Luneb. VII 57 p. 46,7 (a. 1247) illum *(chorum salis)* assignavimus *(sc. abbas)* ad custodiam ad -am.

illumino (inl-, -mm-), -avi, -atum, -are. *usu absol.: l. 28.59. p.1295,2. al. partic. perf. usu subst.: p.1295,38.40.*

I *trans.:* **A** *proprie:* **1** *strictius:* **a** *luce collustrare – beleuchten, erhellen:* CHART. Rhen. inf. I 65 p. 30,16 (a. 855) ut . . . de his *(rebus)* illud . . . coenobium construatur et in-etur. GESTA Trud. cont. I 12,10 ordinavit *capitulum* . . . duas fenestras ad -andum. HILDEG. phys. 1,47 p. 524,4 ut sol obscura -at, sic ipsa *(farn)* fantasias fugat. OTTO FRISING. gest. 1,20 p. 34,7 Phebo . . . superiorem . . . aeris regionem -are incipiente. TRAD. Garz. 76c ut omnes successores mei capellam eandem -ent per redditus horum prediorum. ALBERT. M. metaph. 11,2,26 p. 516,62 quod omnes stellae a sole -entur. *al. in imag.:* LIUTG. Greg. 5 p. 71,34 quorum *(discipulorum)* unusquisque civitatem et regionem suam sicut lucifer mane oriens -vit. HERM. IUD. conv. 8 p. 95,21 dolebam, quod . . . a vero sole iustitie Christo non meruissem -ari. **b** *accendere – anzünden, entflammen:* EINH. Marc. et Petr. I 3,13 p. 253,17 si hii caerei . . . sine adhibitione ignis visibilis fuerint . . . in-ti. INSTIT. regal. 16 (MGScript. XXX p. 1457,6) ut illud rete *(sc. in ecclesia Sancti Siri)* possit *magister camerae* complere *(sc. oleo)* et -are pro anima regis. LIBER tram. 159 in coquina frater . . . nihil aliud gerat, nisi poterit focum -are. PONTIF. Rom.-Germ. 99,346 in-at *archidiaconus* illum *(candelabrum)* de novo igne. *al.* **2** *latius:* **a** *visu afficere – sehend machen (pass. i. q. visum recuperare – das Sehvermögen [wieder-]erlangen):* ERMENR. Sval. 7 dum lectum sit ante Christi incarnationem caecum a nativitate neminem sanctorum in-asse. VITA Rimb. 20 p. 96,39 fertur . . . caeci cuiusdam oculos -asse per confirmationem. GERH. August. Udalr. 2,15 qualiter sit in-tus, . . . recitavit *pauper.* ALBERT. M. veget. 6,346 fricant *serpentes* oculos suos herba feniculi, ut -entur oculi eorum (*antea:* ut eorum visus confortetur). animal. 24,44 fetus *(sc. muris marini)* . . . primo est caecus et post -atur. *al. v. et p.1293,16.1295,29. in imag.:* GODESC. SAXO theol. 11 p. 312,1 ut supra dictam sententiam in-tis oculis cordis efficaciter legas. **b** *clarum, splendidum reddere – hell, glänzend machen, aufhellen (usu techn. et alch.):* PS. GERH. CREM. sal. II 72 in atramentis habentur subtilia sulphura, qui et colorant et -ant. ANON. secret. p. 66,27 boraces tingunt, et alumina -ant *(v. notam ed.).* ALPHITA B 7 dicitur . . . bernix quiddam, quod conficitur de oleo seminis lini et classa, unde -antur (illiniuntur, illimuntur, illinitur *var. l.*) et consolidantur colores picturarum. PS. CALID. lap. p. 398 hoc *(sc. tinctura lapis philosophici)* est fermentum primum elementatum . . ., et est flos et fructus omnium luminum, quod -at omnia. **c** *eminentiorem facere – hervorheben:* THEOPH. sched. 1,5 compone colorem, qui dicitur lumina, unde -bis supercilia, nasum in longitudine *eqs.* **d** *(coloribus) decorare – ausmalen, verzieren:* GESTA Trud. cont. I 8,5 p. 274,7 graduale unum propria manu . . . scripsit, -vit musiceque notavit *Rodulfus.* HERACLIUS II 56capit. de miscendis inter se coloribus pinguendo et -ando. MENKO chron. 2 p.

[Orth-Müller]

288,21 ut . . . nunquam ociosus inveniretur *Emo*, nisi aut studeret vel scriberet vel -ret. *v. et l.5.* *miniare – mit Zinnoberrot versehen, verzieren:* SALIMB. chron. p. 181,40 sciebat *Henricus Pisanus* scribere, miniare, quod aliqui -are dicunt, pro eo quod ex minio liber -atur. **e** *ornare – schmücken:* BERTH. ZWIF. chron. 10 p. 178,6 cappam nigram . . . aurifrisio -tam . . . tradidit *Meginhardus.* **B** *translate:* **1** *lumine (divino, veritatis sim.) perfundere, inspirare – erleuchten:* CONC. Merov. p. 62,3 in-ante Domino (HINCM. coll. p. 80,1 sancto spiritu). WALTH. SPIR. Christoph. I 6 -atur ecclesia gentili cecitate confusa. CARM. Cantabr. A 25,8,2 qui *(archiepiscopus)* me *(sc. ecclesiam)* fuscam -at et me fractam resolidat. DIPL. Frid. II. 54 si . . . eorum *(subiectorum)* animos ad devocionem nostre magestatis accensos intendimus ardenter inlumminari, convenit *eqs. al.* **2** *ad fidem christianam convertere – zum christlichen Glauben bekehren:* LIUTG. Greg. 10 a quo *(martyrio sancti magistri)* per gratiam Christi . . . omnes confines nationes -tae sunt. 10 populum . . . predicando -vit. HRABAN. carm. 3,1 totum quae *(lex Dei)* in-at orbem. *al.* **3** *revelare, explicare – enthüllen, darlegen:* Ps. AVIC. anim. 10,1 p. 467sq. quia aliter non potes -are librum nostrum, nam in aliis libris noster apertus est, quia nihil dimisimus ad -andum nisi hoc. Ps.-ARIST. interpr. p. 388 scientiam difficilem atque absconditam -vi. **4** *manifestare – erscheinen lassen, offenbaren:* BENED. Frising. 30 p. 242,24 in-a, Domine, gratiam tuam super populum istum *(cf. Vulg. psalm. 66,2).*

II *intrans. i. q. visum recuperare – das Augenlicht wiedererlangen:* NICET. ad Chlodos. p. 121,26 ubi caecos in-are (il-ari *corr. b*) conspicimus *eqs.*

adi. **illuminatus,** -a, -um. *inspiratus – erleuchtet:* BONIF. epist. 32 p.56,2 ut . . . ad eternitatis lumen inmaculati et in-i tendamus. EKKEB. SCHON. opusc. 1 p. 231,35 magnificare potuit anima tua *(sc. Virginis Mariae)* Dominum, ita ut -issimi intellectus estimatione magnum et excelsum apud temetipsam reputares. *al.*

subst. **illuminans,** -antis *n.* **1** *quod illuminat, illuminator – erleuchtendes Prinzip, Erleuchter:* ALBERT. M. cael. hier. 9,6 p. 156, 53sqq. cum duo sint in nobis illuminata, scilicet intellectus et phantasia, et duo -ia, scilicet Deus et angelus, videtur, quod superius illuminatum, scilicet intellectus, illuminatur tantum a superiori -e. **2** *quod luce collustrat, corpus luminosum – das Scheinende, Lichtkörper:* ALBERT. M. phys. 4,3,15 p. 288,87 illuminatio . . . non est nisi generatio luminis in diaphano ad rectam oppositionem -is. p. 289,1 cum . . . ex parte -is nihil exigatur ad generationem eius *(luminis)* nisi oppositio recta, contingit *eqs.*

***illuminosus,** -a, -um. *illuminatus – erleuchtet:* FROWIN. explan. 3,591 conversione tua factus es -us (*ex Aug. in psalm. 25,11* luminosus).

illuo (inluo), -lui, -ere. *influere – hineinfließen (in):* FORM. Augiens. C 26 fons *(sc. Hereno)* . . . mare, quod dicitur Orcarium, inluit.

illuscens *v.* illucesco.

illusio (inl-, -ss-), -onis *f.* **1** *ludificatio – Verhöhnung, Verspottung:* HIST. de exp. Frid. imp. p. 48,34 recitabant . . . nuntii miserabilem tragediam sue . . . -is. CHART. Neocell. Brixin. 80 p. 123,34 in -em nostre dignitatis et honoris hoc attemptavit *Wintherus.* **2** *fallacia, species, imago falsa – Täuschung, Trugbild, Wahnvorstellung (usu medic.: l. 60.):* PAUL. AEGIN. cur. 111 p. 68,12 quibus . . . ⌊-es in videndo⌋ (*3,22,30* παρορόασεις) fiunt velut cinifibus ante apparentibus . . ., de aloe amarum dabimus medicamen. IDUNG. PRUF. dial. 2,146 fantasiae et fedae -es. CHART. Heinr. Leon. 119 p. 176,18 ego Heinricus dux videns . . . caducam huius umbratilis vite transitionem vanis deduci -bus. *de daemonibus et diabolo:* ALCUIN. Willibr. 22capit. (MGMer. VII p. 115,25) quomodo domum cuiusdam patris familias a d a e m o n i a c a liberavit inluss-e (in-e *corr. 1*, -e, iniussione *var. l.;* HERM. IUD. conv. 17 p. 114,26 diabolica. *al.*). HILDEG. phys. 4,10 p. 244,4 bonum est, ut homo iaspidem apud se habeat, quia fantasie et -es (gloss.: gedrognuße, bedrugnisse) d e m o n u m eum tunc fugiunt (HEINR. LETT. chron. 10,14 p. 45,14. *al.*). **3** *per euphemiam i. q. coinquinatio, pollutio – Befleckung, Pollution (usu medic.):* PAUL. AEGIN. cur. 220 ad nocturnas . . . -es (*3,55* σπέρματος πλεονασμόν) adiuvat stramentum frigidius. *v. et p. 448,46.*

***illusivus,** -a, -um. *irrisorius – verspottend:* ALBERT. M. Iob 2,9 p. 46,3 verbis -is.

illusor (inl-), -oris *m.* **1** *ludificator, irrisor – Verhöhner, Spötter:* LIBER de rest. Torn. 9 (MGScript. XIV p. 322,1) quidam . . . -es eo *(episcopo)* veniente omnes batillos campanarum furati sunt, ut eis non sonantibus vilior fieret processio. *al.* *de diabolo:* STEPH. Wilfr. 23 in-r omnis boni. **2** *deceptor – Täuscher, Blender:* VITA Leb. 6 p. 794,14 hic est ille decursor et -r, qui vadit cum deliramentis et fantasiis. HRABAN. mag. (PL 110,1104D) nonnumquam . . . ipsi maligni spiritus et -es hominum . . . solent praedicere defectum culturae suae. HILDEG. scivias 1,3 l. 451 servi quendam -em et diversae artis pessimum adinventorem secus viam viderunt. *al.* *de diabolo:* HILDEG. scivias 3,13 l. 224 o turpissime -r. *ibid. al.* **3** *qui fatigat – einer der keine Ruhe lässt, sein Spiel treibt (in lusu verborum):* YSENGRIMUS 1,69 luditur -r *(sc. cattus)*, mus absque vale insilit antrum. **4** *qui insidiatur – einer der auflauert, nachstellt:* CONR. MUR. summ. p. 37,19 auceps seu -r avium.

illusorius, -a, -um. **1** *irrisorius – verspottend:* GERHOH. Antichr. 2,19 p. 228,20 insignibus -is spoliatus . . . suspensus est *Christus.* INNOC. IV. registr. A 541 p. 380,8 talem examinationem et purgationem . . . -am . . . et frivolam reputantes . . . consilio decrevimus irritam. **2** *fallax, decipiens – täuschend, trügerisch:* HILDEG. div. op. 3,5,29 l. 13 ne quis per -a et fantastica facta vos inclinet . . . in seductionem. DAVID expos. reg. tract. 16 p. 213 quae *(multa perspicua et clara)* quibusdam videntur non intelligentibus quasi -a et obscura. *dissimulans – vortäuschend, Verstellungs-:* ALBERT. M. sent. 4,13,3capit. an, quando Christus ostendit se discipulis in via in specie peregrini, fecerit actum simulatorium sive -um. **3** *inanis, vanus – vergeblich:* CHART. Traiect. 1172 p. 505,19 (a. 1248) ne hoc arbitrium nostrum frustratorium sive -um videretur.

adv. **illusorie.** *simulanter, specie – angeblich, dem Anschein nach:* THEOD. AMORB. comm. p. 31,12 -e potius quam effective servi *(sc. Dei)* nuncupantur *multi.*

illuster *v.* illustris.

illustratio (inl-, -cio), -onis *f.* **1** *proprie:* **a** *strictius:* **α** *actio illustrandi, illuminandi – das Erleuchten, Erhellen, Beleuchtung:* WALAHFR. Gall. 2,11 quem *(locum)* . . . suae in-is (illius trationis [*corr.* traditionis] *1a*) honore temporibus istis decoravit *Dominus.* HARIULF. chron. 4,31 p. 260,11 videt *aeger* . . . eorum *(candidatorum)* . . . splendore totum monasterii spatium quasi festiva -e illuminatum. ANNAL. Egm. a. 1137 p. 188,8 quoniam ad noctis -em allata luminaria suffecerunt, lumen celeste subtractum est. ALBERT. M. summ. creat. I 24,2 p. 483a,15 in luce corporea mane est prima -o eorum, quae sunt apud nos. **β** *actio lucendi – das Leuchten, Scheinen:* IONAS BOB. Columb. 2,16 p. 267,5 cum a nulla *(famula)* adstante ignis in-o perspiceretur (*antea:* globus igneus rutilans micabat). ALBERT. M. nat. bon. 141 p. 57,10 stella data est nocti in beneficium -is *(spectat ad Vulg. num. 24,17).* summ. creat. I 73,1 p. 747a,34 qui *(dies artificialis)* incipit ab -e lucis. *de splendore lenticulae oculi:* ALBERT. M. animal. 1,205 impedit *humor melancolicus* cristallini candorem et -em. **b** *latius i. q. visus restitutio – Wiederherstellung des Sehvermögens:* ALCUIN. Ved. 3 (MGMer. III p. 418,16) ut rex . . . intellegeret tam sibi esse necessarium cordis lumen quam caeco oculorum in-em (*antea:* inluminationem). LAMB. TUIT. Herib. 2,14 p. 235,5 instaurata fronte videt puer, . . . ac . . . hanc amplectuntur *parentes* filii sui -em. *v. et p.1298,19.* **2** *translate:* **a** *manifestatio, apparitio – das Erscheinen, Auftreten:* PONTIF. Rhen. sup. 238 ut . . . per in-em unici filii tui redemptoris Dei . . . sanctificata omnia *(sc. poma)* . . . sumamus. **b** *visio – Erscheinung, Bild, 'Vision':* FLOD. hist. 2,19 p. 176,2 in qua *(crypta)* nonnullae -es (*postea:* visio) ostense noscuntur. **c** *repraesentatio, explicatio, clarificatio – Veranschaulichung, Verdeutlichung, Erklärung:* GESTA Camer. 1,67 p. 425,7

[Orth-Müller]

(dipl.) ut huius edicti auctoritas . . . obtineat vigorem, . . . anuli nostri digna -e iussimus condecorari. WILH. HIRS. mus. 7,25 quaedam prius obscura iam ex . . . -e satis perspicaciter video. 17,16 ut sine . . . -e nullo modo pelleretur obscuritatis nebula. CHART. Brixin. 59 ut, quidquid propter imbecillitatem mentis contingat obfuscari, -e litterarum declaretur. **d** *illuminatio, inspiratio – Erleuchtung, Eingebung:* DIPL. Merov. I 85 p. 218,5 omnipotens Pater . . . per . . . in-cionem spiritus sancti inluxit in corda sanctorum christianorum. AMADEUS LAUS. hom. 2,86 supercaelestis luminis -e perfunditur *Maria.* DIPL. Conr. III. 8 p. 16,18 superna -e commoniti *eqs.* (CHART. Turic. 1371 divina). ALBERT. M. veget. 1,17 sensus est causa primae -is operum vitae, quae facit anima in corpore. *saepe.*

illustrator (inl-), -oris *m. illuminator – einer der erleuchtet, Erleuchter:* **1** *in univ. (in appellatione: l.17):* GODESC. AQUENS. sequ. 16,2a,2 tres summi adestote angeli, tu purgator Raphael, -r Gabriel, consummator Michael. NORB. IBURG. Benn. 5 primus . . . loci illius *(Goslariae)* -r . . . iure est habitus. **2** *de Deo:* GODESC. SAXO conf. p. 76,24 esse . . . dignaberis in-r, inflammator ac suffragator meus. carm. 10,3,18 in-r mentium (CHART. Salem. 575 p. 190,5 -r cordium. PS. ARIST. lap. I p. 183,26 intellectus -r). PETR. DAM. epist. 142 p. 521,10 omnipotens Deus . . ., quicquid in vobis *(sc. fratribus)* est frigidum . . ., flamma sui spiritus mirificus -r accendat.

illustris, -e *vel* **illuster** (inl-), -tra, -trum. *script. et form.: gen. sg.:* -ix: *l.50. superl.* -iximi: *l.50. abl. sg.* inlusdro: *l. 60.*

I *praeclarus, famosus, nobilis – bedeutend, berühmt, bekannt, angesehen, erhaben:* **A** *de hominibus:* **1** *in univ.:* HUGEB. Willib. 4 p. 92,18 ille in-r clarusque Christi crucicolus (*sim.* Wynneb. 2 p. 107,12). Wynneb. 7 p. 112,23 in-r . . . et prudens populi pedagogus. ALTFR. Liutg. 1,12 erat . . . patri Gregorio . . . in monasticis eruditionibus in-ior (-ior *var. l.*). *al.* **2** *in titulo vel vice epitheti honorifici ('edel', 'erlaucht'):* **a** *def.:* CONR. MUR. summ. p. 132,11sqq. papa, cardinales . . ., imperatores, reges . . . et insignes palatini poterunt -es appellari; . . . -is primus, medius spectabilis, imus . . . clarissimus titulatur. **b** *exempla:* TRAD. Frising. 5 p. 31,37 (a. 750) regnante domno in-issimo duce nostro Tassilone *(item* 19 p. 48,8. *ibid. al.).* BREV. NOTIT. p. A 18,7 Helmo -is tradidit aliquas res . . . pro se ad Grůninpach. DIPL. Karoli III. 25 p. 42,23 Suppo -r (illorum *var. l.*) comes (DIPL. Ludow. Germ. 103 p. 149,27 comis in-r. *al.*). TRAD. Frising. 1239 convenit inter -em Abraham e p i s c o p u m Wicpoldumque eius servum quadam commutationem facere (COD. Wang. Trident. 29 p. 77,26). OTTO FRISING. gest. 2,40 p. 147,14 -es equites. CHART. Eichsf. 299 p. 172,4 -i p r i n c i p i Henrico Thuringie lantgravio . . . bona infeodavimus supradicta (CHART. ord. Teut. [Thur.] 307 p. 253,17. *al.*). CHART. Ital. Ficker 451 p. 458,47 domini Ferrandis -iximi regis Castelle filius (p. 460,26 -ix regis. *ibid. al.*). *persaepe.* **3** *iunctura* vir -is *vel - (de re v. HRG V. p. 923sq.):* DIPL. Merov. I 141 p. 356,6 (a. 694) cum nos . . . in palacio nostro una cum apostolicis viris . . ., episcopis, seu et in-bus viris . . . resediremus. COD. Karol. 24 p. 528,3 properans ad nos *(sc. papam)* harum litterarum transvector, Langbard scilicet in-r vir. TRAD. Frising. 347a venit . . . in-r vir nomine Folcrat. WOLFHER. Godeh. II 33 p. 215,37 patrono nostro vir -is Thietmarus regius capellanus successit. *persaepe. de rege (duce: l. 62):* CHART. Sangall. A 16 (a. 752/55) Pippino regnante vir in-dro. EPIST. Bonif. 118 Pippinus gratia Dei rex Francorum vir in-r (DIPL. Karoli M. 55 Carolus. *ibid. saepe*). TRAD. Frising. 34 p. 62,9 Tassilo dux Baiovarorum vir in-r. *saepe.* **B** *de rebus:* HUGEB. Wynneb. 4 p. 108,47 sanctus Bonefatius preclaram atque in-am sancti Petri aecclesiam conquirebat. RUOTG. Brun. 14 p. 13,24 quoniam . . . -ium eius factorum memoria recens est. WIPO gest. epist. p. 3,6 vitam -em et inclyta gesta Chuonradi . . . scribere oportunum existimavi. OTTO FRISING. gest. 2,48 p. 155,12 de antiqua et -i Burgundionum prosapia originem trahens *Reginaldus. al.*

II *apparens – erscheinend (in interpr. nominis):* OLIV. hist. Hieros. 105 p. 69,10 Epiphanes, id est -is, appellatus est *Antiochus.*

adv. superl. **illustrissime.** *dilucidissime – sehr deutlich, sehr anschaulich:* CHRON. reg. a. 1172 p. 123,5 multis miraculorum signis -e claruit *sanctus Thomas.*

illustro (inl-), -avi, -atum, -are. *c. acc. dupl.: l.39.*

1 *proprie:* **a** *strictius:* **α** *(luce) collustrare – erleuchten, bescheinen:* CAND. FULD. Eigil. II 17,1 venerat alma dies radio in-ta corusco solis perpetui. HERM. IUD. conv. 8 p. 95,19 cernens . . . caliginosam noctem rutilo sole -ari (collustrari *var. l.*). ANNAL. Pegav. a. 1114 p. 252,9 mense . . . Novembri opaca silvarum foliis deficientibus -bantur. *al. in imag.:* WALTH. SPIR. Christoph. I 7 gloria tibi, Domine, qui mortalis ignorantię tenebras tuę visitationis sidere . . . -as. *al.* **β** *accendere – anzünden, zum Leuchten bringen (in imag.):* HRABAN. epist. 13 p. 400,17 de vero lumine in-tam (-tam *var. l.*) lucernam super candelabrum posuit *Salvator (cf. Vulg. Matth. 5,15).* **b** *latius:* **α** *visu afficere – sehend machen (pass. i. q. visum recuperare – das Sehvermögen [wieder-]erlangen):* LAMB. TUIT. Herib. 2,10 p. 230, 17 hic *(caecus)* . . . -tus (-atur *var. l.*) isto modo illustrationis suae ordinem hoc optinebit in loco. **β** *splendidum reddere – glänzend machen, veredeln (usu alch.):* GEBER. summ. 26 p. 329 ipsum *(metallum)* feditate depurat *sulphur* et -at. **γ** *album reddere, dealbare – weiß, hell machen, bleichen (usu medic.):* BERNH. PROV. comm. 8,1 p. 298,12 enule flores, radix yreos, mel decoctionis eius -at faciem. **2** *translate:* **a** *praeclarum reddere, augere, exornare – auszeichnen, ausstatten, schmücken:* WIDUK. gest. 1,22 p. 34,24 (rec. A) templum Maguntie nobili structura i-bat *Hattho.* AUREL. REOM. mus. 18,23 hi . . . octo toni . . . quasi florigera gestantes virgulta campum -ant totius antiphonarii. GERH. AUGUST. Udalr. 1,14 l. 37 istas regiones concordia pacis -bat. FRANCO LEOD. circ. 4,195 non . . . res ex oratione, sed oratio ex rebus -atur. CHART. Carniol. II 170 p. 135,20 monasterium . . . donatione XI mansorum . . . ampliarunt, -arunt, condecorarunt *Conradus et uxor eius. al.* **b** *dilucidare, manifestare – sichtbar machen, offenbaren:* PASS. Kil. I 15 in-ante . . . Domino merita eorum *(martyrorum)* . . . de tumulo honorifice sublevati sunt. **c** *ostendere – erweisen, angedeihen lassen:* CHRON. Salern. 62 ut eum *(filium)* salutifera monita -aret, eum *(principem)* vehementer exflagitabant *Langobardi (v. comm. ed. p. 246sq.).* **d** *collustrare – mustern, in Augenschein nehmen:* CHRON. Salern. 27 in quo *(monte)* ascendens eumque vehementer -vit *Grimoald.* 38 p. 39,16 ego illuc pergo et omnia castra illorum *(Francorum)* -o *(sc. Beneventanus).* 118 p. 131,33 cum . . . Beneventani Agareni (*pro* Agarenos) -rent. **e** *illuminare, inspirare, animare – erleuchten, anregen, begeistern:* WILLIB. Bonif. 6 p. 27,15 d i v i n o in-ante s p i r i t u (LIBER diurn. 61 p. 56,2 gratia sancti spiritus. THANGM. Bernw. 33 flatu. *sim. al.*). DIPL. Conr. III. 8 p. 16,3 Heinricus palatinus comes divino amore -tus. CHART. civ. Magd. 131 p. 70,29 formam eorum, que geruntur a nobis, scripturis commendamus autenticis, ut posterorum memoriam excitet et -et. *saepe.*

adi. **illustrandus,** -a, -um. *illustris – bedeutend, ruhmreich:* HUGEB. Wynneb. 13 p. 116,1 ille in-us atque inclitus aequinoctii dies.

illuvies (inl-), -ei *f. script. abl. sg.:* -uive: *p.1299,4.* -uve: *p.1299,4.* -ine: *p.1299,4. form. nom. pl.* -iae: *l.71. usu attrib.: l.67.*

1 *sordes, squalor – Schmutz, Unflat, Verunreinigung:* **a** *proprie:* **α** *in univ.:* HROTSV. Pafn. 1,26 decurrentis -e sanguinis madefaciunt *greges amatorum* limina lupanaris. THANGM. (?) transl. Epiph. 11 quotiens . . . pestis obortae -em illius reliquiis nostram urbem lustrando sedavimus? MIRAC. Liutw. 4 (MGScript. XV p. 1262,41) per alvei -em. **β** *stercus – Ausscheidung, Kot:* EGBERT. fec. rat. 1,1523 dicitur *ardea* i-e volucris foedissima ventris *(v. notam ed.).* **b** *in imag. vel translate:* COD. Karol. 92 p. 630,8 prelate . . . in-es assertiones. SMAR. carm. 2,68 qui *(fons)* sordes animae in-esque lavet. carm. 6,6 (MGPoet. IV p. 920) auferet *simplicitas* in-es hominis de pectore totas. PETR. DAM. epist. 108 p. 198,2 nostri reatus exhorrent *angeli* et abhominantur -em (-iae *var. l.*). *de stupro:* WALAHFR. Wett. 651 multiplici thalamum violare iugalem

[Orth-Müller]

adsolet *Sodomita libido* in-e. **2** *fluctus, diluvium – (Wasser-)Flut, Hochwasser:* WALAHFR. imag. Tetr. 175 pelagi vastissima . . . in-s. GERH. AUGUST. Udalr. 1,17 l. 5 cum . . . ipse *(fluvius)* ab -e (-ive, -uve, -ne *var. l.*) elevatus fuisset *(cf. l.14). in imag. de turba murium:* VITA Liutb. 26 p. 31,1 deformis in eadem . . . cellula discurrebat -s. **3** *affluentia – Zufluss:* HERM. CARINTH. essent. 2 p. 234,3 que *(Lucina)* ipsa continuo tenerum fetum suscipiens eo usque tuetur, quoad cessante materie nutrimentique lunaris -e . . . Mercurius . . . usque in veneriam adolescentiam provehat.

illuvio, -onis *f. script.* -vo(ne): *l.14. fluctus, diluvium, inundatio – (Wasser-)Flut, Hochwasser, Überschwemmung:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,17 capit. p. 78 qualiter super fluvium Vindicensem ab -e (-vone *var. l.*) elevatum . . . siccis vestimentis venit *(cf. l.4).* EKKEH. IV. pict. Mog. 307 Iudeus *(i. Moses)* . . . plures maris ⌊infert divisiones⌋ (asserit -es *var. l.; v. notam ed.*). HERM. AUGIENS. chron. a. 1051 p. 130,12 longo propter fluviorum -em circuitu per Carentani fines transiens *imperator.* CHART. Merseb. 294 p. 234,13 per -is voraginem . . . frugum suarum . . . perdicionem sustinuit *conventus sanctimonialium. al.* *Orth-Müller*

***Illyris** (Illiris), -idos *f.* (Ἰλλυρίς) *gladiola, Iris germanica (L.) – Deutsche Schwertlilie (cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. II. p. 1020sq.):* PAUL. AEGIN. cur. 141 orobi, Illi-os (*3,25,2* Ἰλλυρίδος), afronitru ana choinicas IIII.

ilus *v.* helus.

im *v.* in: CHART. Turg. add. VIII 16 p. 531,10.

imaginabilis (ym-), -e. **1** *rhet. i. q. parabolicus, significans – bildlich, anschaulich:* DAVID. compos. 3,63,8 p. 347,3 haec . . . spiritualis amoenitas non potest per aliquas -es describi similitudines nec per sensibilium depingi comparationes. **2** *gener. et philos.:* **a** *per imaginationem existens, imaginatus – in der, durch Vorstellung vorhanden, vorgestellt (usu subst.: l.35.37):* ALFAN. premn. phys. 6,1 p. 72 phantaston . . ., hoc est -e (*PG 40,634A* φανταστόν), est, quod phantasiae subiacet. ALBERT. M. summ. creat. II 1,37,2 p. 326b,6 quaeritur de obiecto imaginationis, quod vocatur a Gregorio Nysseno -e, quod diffinitur ab ipso, quod '-e' (*PG* 40 p. 632C φανταστόν) est, 'quod facit passionem in imaginativo'. animal. 8,231 saepe . . . variatur forma y-is. *ibid. persaepe.* **b** *imaginationem praestans, imaginans – für die Vorstellung zuständig, Vorstellungs-:* ALFAN. premn. phys. 5,50 p. 72 dividuntur . . . virtutes animae in phantasticam, id est -em (*PG 40,632B* φανταστικόν), et intellegibilem et memorialem.

adv. **imaginabiliter.** **1** *per imaginem – bildlich:* ARNO REICHERSB. apol. p. 220,32 non . . . fragilitatis nostrae est caelorum secreta discutere neque inde -r cogitare (*sim.* p. 220,36). **2** *per imaginationem, fictionem – in der Vorstellung, durch Vorstellung:* ALBERT. M. phys. 4,1,14 p. 229,36 corpus . . . separatum a motu non est in loco, nisi -r. animal. 21,15 hunc *(primum gradum potestatum animae)* non attingit *simia* nisi y-r et memoriter. *ibid. al.*

imaginaliter (ym-) *adv.* **1** *per imaginem, simulacrum – im Bild, in bildlicher Darstellung:* GERHOH. Antichr. 1,5 p. 316,10 exhibent *sacerdotes* . . . -r . . . Salvatoris infantiae cunabula. HUGO TRIMB. sols. 2,5 quem *(Filium)* illa *(Virgo)* y-r in suo gremio tenuit in altare. **2** *per imaginationem, fictionem – in der Vorstellung, durch Vorstellung:* LIBRI Karol. III 26 p. 465,9 cum ea, quae corporaliter videmus et -r in memoria retinemus, intellectu discernimus *eqs.* HRABAN. hom. II 8 p. 150C ne . . . arbitrarentur *apostoli* . . . sibi non solide, sed -r apparere *(sc. Christum resurrectum).*

imaginarius (ym-), -a, -um. *script.:* m-: FORM. Sal. Lind. 8 *(var. l.).* em-: *p.1300,29.* inm-: *p.1300,30.32.* -gen-: *p. 1300,32.*

I *spectat ad imaginem, simulacrum:* **A** *per simulacrum factus – im Abbild dargestellt:* WALAHFR. exord. 8 p. 483,13 cum percussi a veris serpentibus -i serpentis contemplatione sanarentur *Iudaei (spectat ad Vulg. num. 21,9).* **B** *imagine exornatus – mit einem Bild versehen:* DIPL. Otton. II. 172 hanc cartam . . . -a nostri impressione sigilli notatam . . . subscriptione corroboravimus. **C** *imaginis proprius – einem (Ab-)Bild eigen:* HUGO HONAUG. hom. 2,30capit.sq. quomodo -a similitudo dicatur unum; -a similitudo est, qua imago conparatur exemplari. 3,11capit. differentia inter substantialem et -am similitudinem. *ibid. al.*

II *spectat ad imaginationem:* **A** *fingens – sich vorstellend:* VITA Annon. I 1,32 p. 480a,36 -is oculis expugnandae urbis miserias, aecclesiarum destructiones . . . attendebat. ALBERT. M. animal. 12,126 ut ex figura lenis et qualitate mollitiei de facili exerceatur *cerebrum* ad formas sensibiles et y-as, eo quod humidum et molle de facili recipit ymaginationes et impressiones formarum. **B** *(tantum) per imaginationem, fictionem exsistens – (nur) in der Vorstellung vorhanden, vorgestellt:* **1** *in univ.:* ALBERT. M. phys. 3,2,18 p. 198,66 ad divisionem -am sufficit quantitas in materia intelligibili. **2** *spectat ad visiones:* RUP. TUIT. vict. 6,8 p. 192,3 ante captivitatem illam raro invenimus demonstratas prophetis visiones -as. HERM. IUD. conv. 18 p. 116,18 vidi versus orientem celum apertum, cuius -a, que mihi per visum apparebat, structura auro purissimo . . . fuerat ornata. ALBERT. M. summ. theol. I 3,13,4 p. 47,86 non per aenigmata videre est non corporales vel -as species videre. CARM. Bur. 77,21,4 ni quod . . . per noctes obscuras per -as (y-am *var. l.*) tecum *(sc. amica)* sum figuras. *v. et l.60.* **3** *c. sensu falsitatis, irriti:* **a** *usu communi:* HILDEGAR. Far. 111 (MGMer. V p. 197,4) noctis per visum non -um, sed posteris visibilibus indiciis veridicum voluit electus Dei Faro venire custodi illius basilicae. UDALSC. Conr. 17 p. 435,3 evigilans *(sc. mulier decennali aegritudine confecta)* de -a . . . salute tristabatur. **b** *simulatus, ficticius – vorgetäuscht, fingiert:* FORM. Marculfi 2,20 constat me nulli cogentis imperio neque e-o (-o, in- *var. l.*) i u r e , sed propria voluntatis arbitrio vobis vindedisse (FOLCUIN. Bert. 1,18 p. 38,17 [chart.] -o iure. FORM. Sal. Bign. 3 inmage-o [*item* 4. 20]. *al.*). DIPL. Otton. III. 389 p. 820,20 spretis . . . commenticiis preceptis et -is scriptis. ROB. TOR. chron. a. 1155 p. 504,36 rex Henricus cepit revocare in ius proprium urbes . . . deponendo quosdam -os et pseudocomites. CHART. Turg. III 315 p. 48,6 (epist. papae) quamquam . . . religiosi . . . ipsos *(parrochianos)* non possint solvere vel ligare, y-a . . . quadam absolutione ipsis illudere . . . non verentur. **C** *ad imaginationem pertinens – zur Vorstellung gehörend, Vorstellungs-:* URSO gloss. 24 p. 50,3 vis . . . y-a multipliciter ad suum incitatur effectum. 41 p. 76,12 y-ae (ymagine *var. l.*) . . . virtutis gressu . . . ad orientem mente trahuntur. **D** *arbitrarius – willkürlich:* CONC. Merov. p. 123,17 ut corpus Domini in altari non -o ordine, sed sub crucis titulo componatur. **E** *imaginatione excogitatus – der Phantasie entsprungen:* HELM. chron. 84 p. 160,7 hii *(Slavi)* . . . simulachrorum y-as formas pretendunt de templis.

subst. **imaginarium,** -i *n.* *speculum – Abbild:* HERM. CARINTH. essent. 2 p. 228,22 particulare minime quoque perfectum futurum erat, utpote y-um ymaginis. FRID. II. IMP. epist. C 7 (DtArch. 45. 1989. p. 108,3) quibus virtutum speculum et morum norma fuisse debuerat *(sc. filius regis Castiliae),* nunc y-um vitiorum . . . predicatur.

adv. **imaginarie.** **1** *in imaginatione, per imaginationem – in der Vorstellung, mittels der Vorstellungskraft (c. aspectu visualitatis):* FUND. Brunw. praef. p. 124,8 illorum *(fundatorum)* gesta litteris non deesse, sed ad exempla viventium vel -e huic eos vitae adhuc etiam superstites esse. ALEX. MIN. apoc. 4 p. 69,1 qui *(Ezechiel)* hanc visionem -e intellegitur vidisse. DAVID compos. 3,66,3 p. 356,25 sunt imaginariae visiones, quae vigilanti non corporaliter, sed -e ostenduntur. **2** *in imagine, allegorice – bildlich, allegorisch:* HRABAN. hom. II 53 p. 247C sequentis historiae *(sc. de Abraham et Isaac)* sacramentum, quid -e portendebat, inspiciendum est.

imaginatio (ym-, -cio), -onis *f.* *script.* imm-: *p.1301,44.*

I *spectat ad animae fictionem:* **A** *vis imaginaria, phantasia – Vorstellungskraft, Phantasie:* URSO anat. 41 in prima cellula *(sc. cerebri)* fit passio manyaca con privatione y-is. CAES. HEIST. hom. p. 34b,11 -o est potentia percipiendi res corporales in imaginibus suis. NOTULAE Wilh. Cong. 1424 venarum incisio multa corpori confert beneficia: sensus exacuit, y-em et rationem sincerat. ALBERT. M. animal. 8,74 avis *(sc.*

pica) . . . et y-em et providentiam quamdam habere videtur *eqs. persaepe. v. et p.1299,37. vol. I. p. 330,53.* **B** *quod anima fingitur – Vorstellung:* **1** *in univ.:* HERM. CARINTH. essent. 1 p. 100,4 nec sensibilis *(sc. commixtio est)* nec intellegibilis, soli tantum y-i possibilis. GLOSS. Salern. p. 16,19 -o est sensibilium proprietatum sine subiecto perceptio. BURCH. SION. descr. prol. 19 quomodo possem hec utiliter describere, ita ut possent a legentibus -e facili comprehendi. ALBERT. M. animal. 1,585 in omnibus . . . animalibus octo sunt, quae cordis significant dispositiones naturales et accidentales, et hec sunt pulsus, hanhelitus . . ., y-es sive meditationes. *al. v. et p.1300, 10.1302,70.* **2** *de somniis, visionibus:* CONSUET. Marb. 42 si . . . turpi . . . -e concussus non fuerit *frater.* LIBER revel. Rich. 42 p. 53,2 spiritus ostendunt homini . . . eciam vigilanti pulcerrimas visiones et y-ciones, quibus quasi futura predicant. CAES. HEIST. hom. exc. 8 tantum ex illa *(sc. Salvatoris)* y-cione spiritus eius *(cuiusdam dormientis)* concepit leticie. mirac. II 1,25 turpes y-es, quas sepe per sompnia patimur, quandoque fieri procurante dyabolo. **3** *spectrum,* ἐπιφανία *– Erscheinung:* PAUL. BERNR. Herl. 46 capit. p. 550[a] de -e s<ancti> Wicterpi.

II *spectat ad imaginem i. q. simulacrum, effigies – (Ab-)Bild:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* DIPL. Frid. I. 53 p. 91,40 in huius cere materia per sigillum expressa nostri vultus -o. *exemplum – Abdruck:* DIPL. Heinr. IV. 427 p. 573,23 hoc . . . inviolabiliter corroborat imperialis -o nostri s i g i l l i et decorat (430. CHART. Anhalt. II 68 presentem paginam y-e nostri sigilli . . . fecimus communiri). **2** *species, forma – Aussehen, Gestalt:* DUDO hist. 3 p. 104,41 cum . . . aurora tenebrosae noctis caliginem . . . desiccaret rebusque color notionisque (nationisque *var. l.*) -o rediret. BERTH. WERD. narr. 3 pro ferramentis . . . auricalcum . . . ungulis equorum affigi precepit *Manegoldus*, ut mentita materia coloris y-e aurum, quod non fuit, esse putaretur. **3** *exemplar – Vorbild:* HUGO FLAV. chron. 2 p. 489,33 cum et ipsas mentes senii . . . ab ipsa . . . tam diuturna monachilis gravitatis -e desuescere et in patres armari faciat *dominandi cupido.* **B** *theol. de homine imagine Dei:* CHART. Stir. IV 305 p. 181,30 (a. 1268) universa humane nature conditio lumine divine y-is clarificata. **C** *astron. de sidere:* PS. CALID. verb. 5 p. 355,17 in Mercurio sunt opera planetarum et eorum -es in suis locis, sicut in foetu suis partibus et temporibus operantur. **D** *rhet. i. q. parabola – (vergleichendes) Bild:* EPIST. var. III 14 p. 160,18 primus . . . liber *(sc. de caelesti hierarchia)* . . . earum *(caelestium virtutum)* . . . manifestas symbolicas, hoc est significativas, -es (imm- *var. l.*) mysticas luculenter exponit.

***imaginativus** (ym-), -a, -um. **1** *adi.:* **a** *imaginationem efficiens, ad imaginationem pertinens – vorstellend, zur Vorstellung gehörig, Vorstellungs-:* RICHARD. ANGL. anat. I 68 prima cellula *(sc. cerebri)* anterior, que dicitur fantastica, id est -a, eo quod ibi anima rerum imagines . . . conprehendit. ALBERT. M. bon. 452 p. 237,36 pars animae sensibilis, quae vocari solet -a sive formalis. anim. 1,2,8 p. 39,58 quare una *(sc. passio animae)* sit visiva et altera auditiva et tertia -a et quarta intellectiva. *al. v. et vol. I. 792,28. II. p. 788,53.* **b** *imaginatione affectus – mit Vorstellungskraft versehen:* ALBERT. M. animal. 22,2 in coitu tria esse necessaria, appetitus . . . y-us et spiritus et humor. CONST. imp. II 424,11 tue *(sc. urbis Romae)* y-e discrete memorie partibus excitatis. **c** *per imaginationem exsistens, imaginatus – in der Vorstellung vorhanden, vorgestellt:* ALBERT. M. metaph. 5,1,9 p. 230,12 non est quantitas nisi secundum longitudinem fluens a puncto motu -o puncti. p. 230,17 est quantitas fluens a linea motu lineae -o *eqs.* **2** *subst. fem. vel neutr.:* **a** *vis imaginandi – Vorstellungskraft:* ALBERT. M. animal. 1,528 iste ventriculus *(sc. cerebri)* optime attribuitur cogitativae et y-ae. Iob 40,10 p. 476,4sqq. perversitatis . . . causa est, . . . quod, cum intellectus rectus sit de se, coniungitur -o et sensibili . . .; -um . . . et sensitivum animalia sunt. *ibid. al. v. et p.1299,39. fort. add.:* PS. CALID. lap. p. 397 liquor *(sc. semen)* . . . recipit carnem et sanguinem et membra et imaginem et -am a Deo altissimo. **b** *figuratio – bildliche Darstellung:* SACRAM. Col. (cod. Paris. 817 f. 11[v]; s. X.[ex.]) huius picti -o figuratur, quomodo specialis prerogativa virginitatis Marię annuntiatione salutativa docebatur . . . ab angelo *eqs.*

***imaginator** (ym-), -oris *m. fictor, sculptor – Bildschnitzer:* ACTA civ. Wism. B 800 (a. 1272/80) Helericus gener Martini y-is. 959 Albertus cocus . . . emit hereditatem Martini y-is.

imagineus, -a, -um. *imaginibus exornatus – mit Bildern versehen, verziert:* CATAL. thes. Germ. 77,16 (c. 1000) II altaria deaurata . . . cum cruce -a . . . deaurata.

***imaginiola,** -ae *f. imago parva – kleines (Ab-)Bild:* RUD. TRUD. gest. 6,7 p. 257,9 pelviculam simulacro bestiolae caudatam de cupro factam . . . intus habentem -as argenteas fusili opere caelatas *(sc. acquisivit abbas).*

imagino (ym-), -avi, -atum, -are *vel* **imaginor** (ym-), -atus sum, -ari. *script.:* m-: *l.31.* -mm-: *l.25. struct. c. dat.: l. 71. partic. perf. usu subst.: l.33.*

I *spectat ad imaginationem i. q. anima fingere – sich vorstellen, sich einbilden:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* BERTH. chron. B a. 1077 p. 274,23 nec . . ., quicquid fas et ius divinum . . . continuit, sua *(sc. haereticarum personarum)* lege . . . -tum constiterat. TRANSL. virg. Col. 2 (MGScript. XXX p. 1376,12) studeamus nobis ad plurimam -are aedificationem, quod colimus. MATTH. PLATEAR. (?) gloss. p. 396[C] aliis, . . ., qui -antur, quod daemonium videre videantur, non variatur modus dandi *(sc. antidotum).* URSO aphor. 39 profectam . . . credens incantationem ipsius effectum y-ans delectatur. NOTULAE Wilh. Cong. 300 qua *(mania)* imm-ta non sunt convenientia sensatis. 302 in melancolia bene y-ta sunt convenientia sensatis. *al.* **2** *somniare – träumen:* ALFAN. premn. phys. 2,60 p. 38 nutritur *dormiens* . . . et -atur (*PG 40,564[B]* φαντασιοῦται) et anhelat. WILH. CONG. chirurg. 198 paciens hostiles in sompnis y-atur insultus. **B** *philos.:* URSO element. 2 p. 40,13 de qua materia Plato . . . dicit . . .: 'nec -ari (m- *var. l.*) quidem huius lubrice ullam speciem formamque valemus'. ALBERT. M. metaph. 5,3,2 p. 259,61 ipsae . . . disciplinales quantitates sunt -ta quaedam, subiectum . . ., quod in sua ratione diffinitiva concipiunt, non est -tum, sed in intellectu acceptum.

II *spectat ad imaginem:* **A** *imagine ornare, decorare – mit einem Bild, mit Bildern schmücken, verzieren:* CATAL. thes. Germ. 82,12 (a. 870) altare . . . auro argentoque -tum cum cyborio desuper. 118,27 pulpitum . . . facitergula cocco -ta circumdari iussit *pontifex.* FLOD. hist. 3,5 p. 198,17 capsam maiorem . . . fieri iussit *Hincmarus* argentoque -to ac deaurato vestivit. DIPL. Heinr. II. 23 propria manu in hac carta subnotavimus signum et sigilli nostri inpressione iussimus -ari. **B** *(ad imaginem) formare, reddere, imitari – (bildlich) darstellen, abbilden, nachahmen:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* MUS. ENCHIR. app. A II 30 conemur hoc diaphoniae melos et alia descriptione -ari, ut dicta rationis oculis quodammodo subiciantur. HERM. IUD. conv. 4 p. 80,15 dum eius *(Christi)* mortem per crucis similitudinem foris -amur. HONOR. AUGUST. gemm. 1,45 hoc totum *(mysterium)* episcopus -atur et quasi tragicis vestibus exprimere conatur; Christum . . . in cruce fixum repraesentat, dum expansis manibus canonem recitat. ARNOLD. SAXO flor. 2,1 p. 49,34 accidit . . ., cum y-tus esset in picturis monstruosum . . ., ut simile ei . . . monstruosus puer nascetur. *al.* **b** *formare, figurare – bilden, gestalten:* EPIST. Hann. 8 pietas . . . domestica, quę . . . cuicumque facie arridet, eum mente, eum toto pectore -atur et tenet. **c** *praeformare – vorbilden, entwerfen:* NICOL. I. epist. 82 p. 437,40 quae omnia . . . in monte cum Domino loquens -ta et praesignata vidit *Moyses (spectat ad Vulg. ex. 24,9sq.).* **d** *refl. vel medial. i. q. se praestare, apparere – sich darstellen, zeigen (als):* LAMB. ARD. hist. 114 p. 616,7 cum omni mansuetudine . . . populo terre quasi se hereditarium -vit *comes* comitem et dominum. ALBERT. M. metaph. 6,3,1 p. 314,65 'privatio . . . non -atur (*p. 192[a],14* φανταστείη) nisi ad maleficium ab aliquo protendente intellectum'. **2** *philos. et theol.:* ALBERT. M. summ. creat. II 1,73,1 p. 604[b],15 dicit *Hilarius* '-ta' *(sc. similitudo),* intelligit actum imitandi, qui importatur ex ratione nominis generationis et filii. p. 605[a],16 '-ta' ponitur . . . pro ductu imaginationis in prototypum. *ibid. al. usu refl.:* THANGM. Bernw. 51 p. 779,33 (chart.) in appetitu gratiae se cuique -at et conformat protectio divinae misericordiae *(cf. W. v. d. Stei-*

[Weber]

nen, DtArch. 12. 1956. p. 345sq.). **C** *videre, aspicere – sehen, betrachten:* WIPO gest. epist. p. 4,10 ut, quoties ipse *(sc. imperator)* res clarissimas agere mediteris, prius paternas virtutes velut in speculo -eris.

subst. **imaginatum,** -i *n.* **1** *visio, umbra – Vorstellung, Traum-, Schattenbild:* ALBERT. M. animal. 8,231 y-a ... multum sequuntur affectus cordis et passiones; ... disturbant y-a fumi, qui procedunt ex stomacho. **2** *simulacrum, pictura – Bild:* EVANGEL. Col. (cod. Darmst. 1640 f. 6v; s. XI.1) hoc visibile -um *(sc. maiestatis Domini)* figurat illud invisibile verum, cuius splendor penetrat mundum.

***imaginula,** -ae *f.* *imago parva – kleines (Ab-)Bild, Bildchen:* GERLAC. annal. a. 1184 p. 697,44 binas ex ebore tabellulas, alteram cum -is (imaginibus *var. l.*) pulcherrimis opere sculptorio, alteram ... cera impletam ... misit *episcopus*. HONOR. AUGUST. spec. p. 1036C quidam thelonearius paganus sancti Nicolai habuit -am.

imago (ym-), -inis *f.* *script.* hym-: *p.1305,23.* inm-: *l.36.* -mm-: *l.36. adde* CHART. Mog. A II 495. IOH. VIII. epist. A 208 p. 178,17. -aco: *p.1304,51.*

importunus (inp-) *vel rarius* **inopportunus** (inopo-), -a, -um. **1** *de hominibus (daemone: l. 28):* **a** *impudens, odiosus – unverschämt, widerwärtig, verhasst:* ALCUIN. epist. 163 p. 263,9 ille *(Candidus)* vestrae *(sc. Caroli regis)* voluntatis nimius exactor et inp-us (inopo- *var. l.*) inquisitor moras me facere non sinebat. CHART. Rhen. 266 p. 241,1 ab iniustis et inopo-is heredibus eam *(Susaziam)* defendit *Herimannus.* BENZO ad Heinr. IV. 4,36 p. 410,1 nullus hominum occurrit inp-is canibus *(i. haereticis).* CHART. civ. Magd. 75 p. 37,4 vidua militis *(sc. Henrici)* ... tam nobis *(sc. archiepiscopo)* quam ... Teoderico im-a ... extitit et infesta. CAES. HEIST. hom. exc. 5 p. 65,11 cum idem lascivus demon die ac nocte ei *(concubinae)* im-us esset. *al. v. et p. 1444,59.* **b** *violentus – ungestüm:* WALTHARIUS 963 hunc im-us adivit *Randolfus.* 1361 evaginato regem im-ior ense impetit. BERTH. chron. B a. 1079 p. 367,3 illi *(episcopi)* ... lingua tantum pugnaces ipsos *(optimates)* rem mortis gladiis experiri indefessi semper et im-i instigabant. *al.* **c** *industrius, pertinax – eifrig, beharrlich:* GEBEH. AUGUST. Udalr. 3 p. 257,30 sic im-us properavit ad singula, velut sui negligentia inacta essent omnia. **2** *de rebus:* **a** *intempestivus, incongruus – unangemessen, unpassend:* VITA Liutb. 33 omnes temporibus im-is et prohibitis festisque diebus concepti sunt. **b** *incommodus, molestus – unangenehm, lästig, belastend:* CAND. FULD. Eigil. II 14,25 te nosse decet, quae pondera quamque inp-a temet pressere tuosque consocios. FORM. Sangall. 17 unum de famulis meis ... ab inp-o servitutis iugo humanae ... liberare disposui. DIPL. Karoli III. 49 p. 82,36 omnes has ... im-as violentias funditus ... abolendas ... decernimus (*ibid. al.; sim.* DIPL. Otton. II. 253 p. 287,33). *al.* **c** *iniquus, alienus – ungünstig:* COD. Odalb. praef. p. 63,11 loca ... domibus Dei inopo-a. OTTO FRISING. gest. 2,13 p. 115,7 illa *(Italia interior)* ... usque ad Farum, brachium maris navibus ob sirtes inp-um ..., producitur. **d** *permanens, continuus – ausdauernd, beständig:* THEOD. TREV. transl. Celsi 16 cum ... fratres ... summum ... im-is precibus compellarent solem (*i. Deum; sim.* OLBERT. Veron. 19). EKKEH. IV. bened. I 59,35 im-a Deum libet obsecratio largum. *al.* **e** *illegitimus, pravus – unrechtmäßig, falsch:* LIBRI Karol. I 25 p. 216,8 inopo-a et deliramento plena dictio. III 2 p. 342,8 si inopo-a imaginum adoratione inopo-a ordinatio stabiliri potest, facile res inlicitę rebus poterunt firmari inlicitis. *ibid. al.*

adv. **importune** *vel raro (l. 65. p. 1447,3)* **inopportune.** **1** *incommode – ungünstig, ungelegen:* GERH. AUGUST. Udalr. 1,17 l. 22 navis cuidam ligno im-e coniuncta. ANNAL. Quedl. a. 1011 p. 530,18 hiems insolita pruinarum asperitate im-e longa, ita ut *eqs.* *iunctura* opportune (et) im-e *sim. i. q.* εὐκαίρως ἀκαίρως, *omni occasione – zur Zeit und zur Unzeit, bei jeder Gelegenheit (loci spectant ad Vulg. II Tim. 4,2):* EPIST. Teg. I 59 insistimus *(sc. episcopus)* succlamando vos *(sc. comitem)* modo oportune, interdum inopo-e (im-e *var. l.*). HELM. chron. 84 p. 163,9 cotidie insistens *episcopus* principibus oportune inp-e, ut suscitaretur scintilla episcopalis nominis in Wagira. TRAD. Garz. 34a p. 34,33 prepositus Heinricus advocatum sepe oportune satis et im-e monuit, obsecravit et arguit. *al.* **2** *pertinaciter – hartnäckig:* VITA Heinr. IV. 11 p. 38,20 cum im-ius instarent *episcopus et dux,* consensit. STATUT. ord. Teut. p. 39,20 si ... aliquis pro armis vel indumentis sibi colla-

tis im-e, ut ei pulchriora vel meliora tribuantur, institerit. *al.* **3** *illegitime, perperam – unrechtmäßig, fälschlich:* LIBRI Karol. IV 4 p. 496,2 qui eas *(imagines)* inopo-e adorandas decernunt. DIPL. Heinr. IV. 156 p. 202,20 ne quis suorum successorum a predicto loco ullum servitium, preter quod ipse suo privilegio decreverat, im-e exigeret. CHART. Raitenh. 143 nemo ... in eisdem prediis ... hospicium, pabulum seu quamcumque exactionem ... debet accipere aut im-e aliquatenus postulare.

importuosus (inp-), -a, -um. *qui nullos habet portus – keine Häfen besitzend, hafenlos:* GESTA Camer. 1,98 p. 441, 25 in tantum excrevit alveolus, ut difficultate in-i littoris neuter alteri manum conferre potuerit. OLIV. hist. Dam. 40 ante Tanis litus maris arcuosum et -um sinum facit. *in imag.:* EPIST. Reinh. 41 ut ... de littore in-o ad portum nostri cenobii intentionis vestre cursum tendatis *(sc. adolescens).*

impos (inpos), -otis *adi. nom. sg.* -tis: *l.32. confunditur c.* impotens: *l.40.* **1** *sensu originario:* **a** *non compos – nicht mächtig:* RUP. MEDIOL. Adalb. 15 quot sanitatis -es reformarentur, non parvo colligi potest numero. METELL. Quir. 16[a],17 hec loquendo mentis -es (impotens *var. l.*) simul ut ora sic manus agunt (*sim.* VITA Landel. Ettenh. 3,8 sensus). GESTA Ern. duc. I 3,165 unus ... e sociis adeo ... invalidus et -s s u i exstitit, quod *eqs.* (LAMB. HERSF. annal. a. 1062 p. 80,27. *al.*). MIRAC. Annon. 1,80 textor quidam ... inpos unius m a n u s et b r a c h i i (3,66; *sim.* 4,6 p. 208,12. *ibid al.;* VITA Deic. 32 p. 571[a],17 omnium membrorum). *al.* **b** *non potens, non idoneus, inutilis – nicht fähig, ungeeignet:* VITA Sev. Col. I 13 p. 59[E] quum ... se multitudo ... inermem et resistendi -em cerneret. THEOD. TREV. mirac. Celsi 7 p. 408[B] num ... -s apud Deum iudicandus est, qui tam evidentia ... miracula exercet. YSENGRIMUS 3,347 cum fuerit peius faciendi pessimus -s (inops *var. l.*). CARM. var. Walther 16,35 in-is apparet *Christus*, dare cum nequeat tibi lumen. 16,43. *non firmus, neglegens – nicht standhaft (in), missachtend:* DIPL. Heinr. II. 64 p. 80,21 si quis ... aliquid de his infringere praesumat, ... vindictam in extremo examinis die voti sui -s incurrat. **c** *attonitus – verblüfft:* CARM. var. III A 6,1,15 inpos ... stupeo *(sc. discipulus).* **2** *per confusionem c.* impotens *i. q. ferus, immanis – wild, unbändig (de daemone):* VITA Galli II 638 spiritus horribilis, austerus, turpis et -s.

***imposco,** -ere. (in *et* poscere) **1** *petere, exigere – in Anspruch nehmen:* ADALB. MAGD. chron. a. 950 cum quadam nepte regis se concubuisse sibi -it *Cuonradus.* **2** *exposcere, exquirere – erflehen:* MART. VALER. buc. prol. 21 parve liber, patres -e benignos.

***impositicium** (inp-), -i *n.* (imponere) *tributum – Auflage, Abgabe:* CHART. Tirol. 991 p. 45,28 (a. 1233) quod ... Eghino neque sui liberi non compellantur aliquid solvere ... occasione colecte sive doni vel mutui vel precepti seu in-i.

impositio (inp-, -ss-, -cio), -onis *f.* **I** *proprie:* **A** *actio imponendi – das Einsetzen:* ALBERT. M. animal. 24,47 in lacunis novis statim ... inveniuntur *pungicii pisciculi* et post illos ... omnium aliorum piscium varietas absque piscium -e. **B** *actio indendi, superponendi – das Aufsetzen, Auflegen:* **1** *in univ.:* ANNAL. regni Franc. a. 816 p. 144,24 eum *(Hludowicum)* d i a d e m a t i s in-e coronavit *Leo papa* (PONTIF. Rom.-Germ. 78,4 coronae. *al.*). DIPL. Heinr. IV. 469 cum deposicione et -cione sarcinarum. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 235,24 qui falconum assuefiendi sunt ad frequentem -em c a p e l l i (p. 238,5. *ibid. al.*). **2** *in iunctura* manus, manuum -o: **a** *usu communi:* EIGIL Sturm. 3 quotiens per -em manus ... ab adversis valetudinibus sanavit aegrotos. *adde:* FUND. Brunw. 6 p. 129,4 propositae condicionis fidem manus in manu confirmat *comes palatinus* -e. **b** *de benedictione et consecratione:* HONOR. AUGUST. gemm. 1,185 quod ... benedictio per manus -em datur, inde exortum creditur, quod Isaac Iacob manus imposuit, dum eum benedixit *(spectat ad Vulg. gen. 27).* CHART. Naumb. I 405 p. 364,17 capellam in Gezewiz Dei benedictione et nostre *(sc. archiepiscopi)* manus -e consecravimus *(sc. episcopus).* **c** *de instituenda regina:* ORD. coron. imp. 16[A],6 que per manus nostre -em ... regina instituitur. **d** *in actione sacramenta initiandi:* STEPH. Wilfr. 18 p. 213,13 sancto Vilfrido ... pergenti (pergente *var. l.*) ad varia officia episcopatus sui, baptizandi utique et cum manus in-e confirmandi populos. ADAM gest. 2,1 palleum episcopale sumpsit *Adaldagus* a papa ..., manus -em ... a Magontino presule. MARIAN. chron. a Chr. 338 per episcopalis manus -ssitionem. MANEG. c. Wolfh. 21 p. 92,1 per apostolicam -em manuum sacrorum ordinum institutum est sacramentum. ALBERT. M. sacram. 53 p. 38,40 illi *(a Iohanne baptizati)* vere baptizati fuerunt, sed per manus -em in confirmatione spiritum sanctum visibili signo receperunt. *saepe. v. et vol. II. p. 1333,68. expressius de sacramento chrismatis, confirmatione – Firmung:* SIMON. sacram. p. 2,16 quorum *(sacramentorum)* hec sunt nomina: baptismus, in-o manus, penitentia. p. 18,6 sacramentum in-is manuum ab ... Iesu Christo institutionis sumpsit exordium. *ibid. al.* **3** *c. colore quodam:* **a** *impressio – Abdruck:* DIPL. Conr. II. 71 p. 90,5 quod ... manu propria roborantes sigilli nostri in-e (impressione DIPL. Heinr. II. 296[b] p. 365,14) iussimus insigniri *(inde* DIPL. Heinr. III. 17 p. 24,16 -ssicione; *cf. p.1443,5).* **b** *illitus, unctio – das Aufstreichen, Salbung:* ALTFR. Liutg. 1,26 quos *(infantes baptizatos)* ... cum sancta chrismatis in-e (unctione *var. l.*) confirmavit.

II *translate:* **A** *gener.:* **1** *de rebus malis vel molestis i. q. actio iniungendi, constitutio – das Aufbürden, Auferlegen, Verfügung, Anordnung:* **a** *in univ.:* DIPL. Heinr. III. 51 p. 66,8 eadem et nos ... abbati ... corroboramus b a n n i que n o s t r i -e ... vigoramus (208[b] p. 277,10. DIPL. Conr. III. 293 p. 509,40 [spur.]). HELM. chron. 88 p. 173,23 licet hanc -cionem difficillimam iudicarent *episcopi*, cesserunt tamen *eqs.* CHART. Xant. 172 p. 117,11 sub census -e. CHART. Sangall. B 567 sorores ... liberas esse volumus *(sc. sculteus et alii)* et absolutas ab omni -e exactionis. *al.* **b** *datio, tributum – Abgabe, Zahlung:* CONST. imp. I 211,7 (a. 1162) ut ... nullum drictum, nullum pedaticum ... vel -em dent homines. CHART. Rhen. med. III 100 p. 97,25 ecclesiis concessimus *(sc. archiepiscopus)* ... libertates et exemptiones a taleis, gabellis, collectibus, -bus aliisque civilibus oneribus. *al. v. et vol. II. p. 1252, 64.* **c** *molestia – Bürde:* EPIST. Camer. (MG Lib. Lit. III. p. 576,35; a. 1078) quibus *(armis sacrae scripturae)* facile obtunditur gravitas novae -is *(sc. adversariorum).* **d** *accusatio, opprobrium – Vorwurf, Anschuldigung:* LAND. MEDIOL. hist. cont. 41 p. 38,23 intendebat *Grosulanus* ad destruendam Yordani -em et conversionem eorum, qui ipsam fecerant -em. ARNOLD. LUB. chron. 3,9 p. 153,2 innocentiam ... nostram super hac -e verbis pretendimus *(sc. imperator).* **2** *de rebus bonis vel mediis:* **a** *definitio, assignatio – Bestimmung, Zuweisung:* CONST. imp. I 168 p. 235,3 (a. 1158) licet ... hoc nomen, quod est beneficium, apud quosdam in alia significatione, quam ex in-e habeat, assumatur *eqs.* ALBERT. M. phys. 3,1,3 p. 155,38 differentia per magis et minus non est nisi eius, quod secundum esse accedit secundum magis et minus ad naturam illam veraciter, cui nomen est impositum; quod quidam vocant accessum ad veram nominis -em. animal. quaest. 4,8 p. 143,27 omnis vox aut significat ex -e aut a natura. **b** *munus – Gabe:* EKKEH. IV. pict. Mog. 644 sanctificat cuncta Christus Iordane fluenta; ... ⌞septena ... dona⌟ (gloss.: septem -es sunt in baptismo) redundat. **B** *mus. i. q. actio incipiendi – das Anstimmen:* LIBER ordin. Rhenaug. p. 114,3 illo *(velo)* ... usque in parasceven ad in-em antiphone 'Ecce lignum' remanente *(cf. p. 1444,29).*

III *meton.:* **A** *gener i. q. collocatio, munitio – Befestigung(swerk):* THIETM. chron. 1,16 quam *(urbem)* ... presidiis et -cionibus caeteris munit *rex.* **B** *gramm. i. q. declinatio – Deklination:* LIBER de derivatione verborum (clm 4594 f. 1[r]; s. XII.) anima est primę -is et componitur exanimis, semianimis. **C** *alch. i. q. compositio – Mischung:* MAPPAE CLAVIC. 132 tolle ipsum argentum et tere, donec fiat pulvis, commisce cum -e. **D** *medic.:* **1** *puris collectio interna, empyema – inneres Geschwür:* AESCULAPIUS 19 p. 24,7 significantia futura haec signa cum tussi et super -bus (*Gariopont. pass. 2,8 p. 27[r],13* apostema) anhelitus observabimus. **2** *pessus, pessarium – Mutterzäpfchen, Pessar:* TRACT. de caus. mul. 47 ius ipsius *(lauri)* colatum post bidua et *(cod.;* ad *coni. ed.)* in-em uteris.

[Orth-Müller]

PAUL. AEGIN. cur. 249 p. 192,7 conversiones *(sc. matricis)* ... pyriis dirigere et malacticis in-bus (*3,74,10* καθέτοις).

impositivus, -a, -um. *impositus, inditus – beigelegt (usu gramm.):* CONR. MUR. summ. p. 163,2 sunt verba ... indicativa, inductiva, -a.

impositor (-stor), -oris *m.* **1** *proprie i. qui imponit, superponit – einer der aufsetzt, aufträgt:* GISLEB. MONT. chron. app. p. 339,8 -r mensarum et mensalium super mensas ... in curia est heres Thome. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 247,15 qui *(falco)* assuefactus fuit ad capellum ... per bonum -em. p. 247, 18 per malum -em. **2** *translate:* **a** *gener.:* **α** *exactor – Einnehmer, Eintreiber:* ACTA imp. Winkelm. I 812 p. 631,8 (a. 1238) vocabunt *iusticiarii* ad se omnes ... -es collectarum. RYCCARD. chron. a. 1240 p. 204,13 fit inquisitio generalis contra -es et collectores collecte imperialis. CLEM. IV. registr. 668 p. 688,24 novi pedagii ... -r. *al.* **β** *illusor, deceptor, fraudator – Täuscher, Betrüger:* EPIST. Lup. Ferr. 11 nobis *(sc. Ferrariensi coenobio)* ... legitimam donationem patris vestri *(sc. Lotharii)* repetentibus -storum crimen inurit *Rhuodingus.* CARM. var. III 1,23 -stor ago specie sub religiosa. VITA Serv. 32 p. 104,8 non Servatium -stor procax fefellit. VITA Godefr. Cap. I 15 dicentes *(sc. ministeriales)* eum ... sequi falsarium et -storem illum Norbertum. *al.* *de diabolo: v. p. 54,33.* **γ** *delator, denuntiator – Anzeiger, Ankläger:* EKKEH. IV. cas. prol. p. 16,9 si malorum libertates et impunitates non laudare videberis, velud -stor et calumniator apud eos, qui in levitate ambulant, habeberis. ALBERT. M. summ. theol. II 18,117,2,1 p. 364a,35 detractor non est criminator, quia criminator tantum est -r criminum. **b** *mus. i. qui incipit – einer der anstimmt:* LIBER ordin. Rhenaug. p. 50,21 accelerans ante alios vestiri -r officii, priusquam cappam induat, missam pulsat *(cf. p. 1448, 58).*

***impossessus,** -a, -um. *non habitatus, incolis vacuus – unbewohnt, aufgelassen:* DIPL. Otton. I. 393 quicquid proprietatis ... habere visi sumus, perpetualiter donavimus, videlicet mancipiis, curtilibus possessis et -is, edificiis, terris *eqs.*

impossibilis (inp-), -e. *script.* -seb-: *l. 41.* *compar.: l. 46. adde:* ANSELM. BIS. rhet. 1,17 p. 134,4.

I *adi.:* **A** *qui fieri non potest, non possibilis,* ἀδύνατος – *unmöglich:* **1** *in univ.:* **a** *gener.:* CHRON. Fred. 2,62 p. 86,27 cum arbitraret *Bellesarius* in-ebile Wandalos superare. GERH. AUGUST. Udalr. 1,12 l. 115 cui *(Deo)* nihil in-e est. OTLOH doctr. 17 p. 282B res -is. *saepe.* **b** *philos.:* ALBERT. M. sent. 2,34,5 p. 557a,15 si dicas, quod bonum et malum non sunt contraria, sed opposita, ut privatio et habitus, tunc adhuc est -ius: *eqs.* metaph. 5,2,15 p. 253,21 'sicut' ... 'possibile', ita per oppositum ... '-e (*p. 1019b,23* ἀδύνατον)' dicitur. *ibid. al.* **2** *iunctura* -e est *sim.:* **a** *pendet (acc. c.) inf.:* RADBERT. corp. Dom. 8,253 -e est per medicinam sanari ullius artis, quem divina ultio premit. ANSELM. BIS. rhet. 2,8 p. 155,6 ut ... sit ... in-e aliquo maleficio deesse. VITA Heinr. IV. 13 p. 41,15 -e esse amissum imperium armis repetere. ALBERT. M. sacram. 170 p. 111,23 -e est transire mare siccis pedibus. *saepe.* **b** *pendet* ut: HILDEG. epist. 349 unicuique homini ... -e est, ut celestia inspiciat. **B** *non potens, non idoneus – unfähig, ungeeignet:* GEBER. summ. 8 p. 270 ignoramus solis, lune et elementorum proportionem ...; ex his ... concluditur inutilis est ars ista et -is.

II *subst. neutr. i. quod fieri non potest – das Unmögliche:* EPIST. Ratisb. 12 p. 331,7 de simplicibus et compositis syllogismis ęque mihi noticia constaret; quid per -e et per conversionem esset probari, magis stupori quam scientię accederet. IDUNG. PRUF. dial. 3,33 quae *(regula)* dicit abbati esse obediendum, etiam si ipse in-a precipiat. ALBERT. M. metaph. 5,2, 15 p. 253,30 -e ... nusquam et numquam est. *saepe. v. et p. 1450,19.* *in titulo libri:* CATAL. biblioth. A I 16 p. 73,1 (s. IX.med.) liber ... Hieronimi de tribus in-bus et quarto incognito.

adv. **impossibiliter.** *non possibiliter,* ἀδυνάτως – *unmöglich:* ALBERT. M. anal. pr. 1,4,16 p. 574a,27 in his *(sc. exemplis)* ... maior extremitas -r se habet ad medium.

impossibilitas (inp-), -atis *f.* **1** *quod fieri non potest – das Unmögliche, Nichtmachbare, Unmöglichkeit:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* FROWIN. explan. 5,1 l. 293 urgente -is *(cod.;* imponibilitatis *ed.)* articulo prodesse potest confessio, quae tantum fit Deo. CONST. Melf. 2,2 difficultate et -e quadam interveniente. *al.* **β** *spectat ad impedimentum ('Verhinderung', 'Hinderungsgrund'):* HRABAN. epist. 2a p. 383,11 sin autem propter longinquitatem terrarum seu propter aliam aliquam in-em neutrum horum facere possit *(sc. lector).* HINCM. annal. a. 868 p. 96,22 episcopus ... ad locum nominatum saecularis iudicii non venit, sed causas suae -is regi mandavit. *al.* **γ** *spectat ad locum ('Unerreichbarkeit'):* HUGO FARF. opusc. hist. p. 58,3 nisi forte aut fratrum imbecillitas vel loci -s sive temporis aliquid remitti cogerit egestas. **b** *philos.:* ALBERT. M. phys. 4,4,3 p. 297,27 dicuntur necessaria aeterna sive incomplexa ut ... ea, quae habitudine complexorum ad invicem habent necessitatem vel -em (*cf. p. 1019b,25* ἀδύνατον), ut diametron esse symmetron vel asymmetron. cael. 1,4,4 p. 85,30 id ..., quod non subicitur generationi ..., habet id a necessitate sui esse ... aut habet hoc a -e ad esse sicut impossibilia. **2** *impotentia – Unfähigkeit, Unvermögen:* HRABAN. epist. 51 vos *(sc. imperatorem)* ..., quod mihi -s denegavit, per vestram sanam prudentiam et bonum studium adimpleri non dubito. GERH. AUGUST. Udalr. 1,27 l. 26 quomodo potest hoc *(sc. celebratio missae)* fieri, quia pro in-e corporis primam adhuc non explevit? ALBERT. M. veget. 7,55 semen ... in tali agro ... non bonum debet esse ... propter -em retinendi pinguedinem et humorem, ex quibus semina convalescunt. *al.*

***impossideo** (inp-), -sedi, -ere. (in *et* possidere) *(nomine possessoris) insidere – (als Besitzer) sitzen (auf):* CHART. Rhen. inf. I 159 (a. 1014/1021) XII viros proprii iuris ... cum beneficiis, quibus in-erant, ad altare S. Martini ... tradidi *(sc. Baldricus).* *Orth-Müller*

imposterum *v.* in *et* posterus. **impostio** *v.* impositio.

impostor *v.* impositor.

impostura (inp-), -ae *f.* *script.* -sit-: *l. 38.* **1** *deceptio, fraus, fallacia, simulatio – Täuschung, Betrug, Falschheit, Heuchelei:* AMALAR. off. 3,27,8 cor eius *(sc. Mariae),* in quo erat fides sine -a (-itura *var. l.*). ANNAL. Wirz. a. 1155 p. 8,41 Spoletani ... pecuniam ... gravi in-a corruptam, utpote oricalcum pro auro ..., mendaciter obtulerunt. HELM. chron. 14 p. 29,23 ille *(sc. Billug)* respondet nunquam se erga dominum ... suum ... admisisse in-am. ALBERT. M. nat. bon. 340 p. 120,68 genus -ae est honorem viduae habere et non obsequi Deo, aliud agere et aliud profiteri. *al.* *depravatio – Verdrehung, Verfälschung:* BEDA ad Wicth. 9 mirum, si Victorem ..., virum ... eruditionis eximiae, talis -a *(sc. 'octavum' pro 'undecimum' [diem kal. Aprilium])* latuit. **2** *criminatio (falsa), calumnia – (falsche) Anschuldigung, Verleumdung:* HINCM. divort. 2 p. 128,19 sępe ... mulieres patimur reclamantes, quae ... adfirmare conantur, quoniam viri, qui eas legaliter susceperunt, illis non possunt concubitus reddere debitum et alias multiplices in-as opponunt.

***imposturatio,** -onis *f.* (*imposturare) *deceptio, simulatio – Täuschung, Vorspiegelung:* MIRAC. Donat. (MGScript. XIV p. 180,13; a. 1091/92) diversis ... questibus lucrantur medici, diversis -bus acquirunt medici.

***imposturo** (inp-), -are. (impostura) *depravare – verfälschen:* GESTA Camer. 3,28 p. 476,48 (epist.) ne antiquae religionis nobilitas aliqua adinventionis novitate in-etur.

***imposuo,** -ere. (*cf.* imponere *et francog.* imposer) *instituere – aufstellen, stationieren:* ANNAL. Plac. a. 1277 p. 566,48 -entes *(sc. Placentini, Cremonenses etc.)* inter se super dictas comunitates CCCC milites adsoldatos.

impotabilis, -e. *qui ad potandum inutilis, potandus non est – zum Trinken ungeeignet:* LIUTPR. leg. 1 p. 176,8 Grecorum vinum ob picis, taedae, gypsi commixtionem nobis -e fuit. ABSAL. serm. 18 p. 109A est alia aqua maris salsa et -is *eqs.* 26 p. 153C. ALBERT. M. meteor. 4,1,18 p. 232,41 sunt *(sc. crudorum umores)* 'incommestibiles', si grossi sunt, 'et -es (*p. 380b,3* ἄποτοι)', si sunt humidi. *usu subst. neutr.:* ALBERT. M. anim. 2,3,28 p. 139,34 -e (*cf. p. 422a,32* τὸ ... ἄποτον) dicitur multipliciter sicut et non-gustabile.

[Antony]

impotens (inp-), -entis. *script. compar.* -ciores: *l.9.* **I** *qui viribus vel opibus caret, inops, infirmus, imbecillus, indigens – schwach, ohnmächtig, hilf-, kraftlos:* **A** *nude positum (usu subst. masc.: l.8.16.17.18. al.):* **1** *in univ.:* **a** *gener.:* GODESC. SAXO theol. 9 p. 211,17 nihil aliud quam ... perdi potest -s humanitas, nisi semper illam gratis adiuvet omnipotens divinitas. WOLFHARD. Waldb. 2,12 (19) qui *(Redemptor)* -es, si quos dignatur, facit esse firmissimos. DIPL. Conr. II. 229 quibus *(antecessoribus nostris)* ex divino munere non -ciores existimus. STATUT. ord. Teut. p. 54,17 baculum ... *(sc. magister manu gestet)*, quo animis -bus et fractis tristicia ... paterni affectus et compassionis ... provideat fulcimentum. ALBERT. M. pol. 7,9g si tota *(sc. civitas)* facile penetrabilis est, tunc -s est absque murorum ambitu. *al.* **b** *publ. et iur. (fere in formulis):* CAPIT. reg. Franc. 89,7 de viduis et orfanis et pauperibus vel omnibus in-bus: ut *eqs.* RATHER. epist. 26 p. 152,22 quidam ... potentior super -em insiliens sede illum propria pepulit. DIPL. Heinr. IV. 447 ut nullus mortalium, potens vel -s, servus vel liber *eqs.* DIPL. Arnulfi 50 p. 72,40 (interp.) si quis ... potens vel -s, spiritualis vel saecularis *eqs.* DIPL. Conr. III. 16 p. 28,1 si quis nobilis vel ignobilis, potens persona vel -s *eqs.* CHART. select. Keutgen 147,19 diversi cives divites et potentes recipiunt ... populares et -es in suam protectionem. *al.* **c** *medic. ('impotent'; cf. l.41.52.53):* ALBERT. M. animal. 9,10 quidam sunt, quibus ... in annis pubertatis non accidit semen, sed illis numquam redibit potentia coeundi ..., sed ... -es erunt in aeternum. 10,1. **2** *indulgens, mitis, clemens – nachsichtig, sanftmütig, milde:* EPIST. Mog. 31 p. 374,21 Dominus ipse ... pro meritorum qualitate sententiam suam legitur mutasse ..., cum eum aut oratio suorum -em reddidit aut ira eius miserorum gemitu victa succubuit. **B** *c. additamentis i. q. potentia (quadam determinata) carens – unfähig, außerstande (zu):* **1** *pendet inf.:* RADBERT. corp. Dom. 12,37 sicut panes auxit *(sc. Christus)* quantitate substantiae, quam natura non dederat, numquid in-s (impossibile *var. l.*) est facere ex aliquo, quod sine semine in utero creaverat? ALBERT. M. cael. 3,2,4 p. 231,1 'corrumpitur' ... omne 'minus' citius per 'contrarietatem maioris' vincentis super ipsum, 'et quanto est minus, tanto' est -ius resistere contrario et magis corruptibile. metaph. 5,2,14 p. 253,4 'non ...' secundum unam 'similitudinem' et rationem 'dicuntur -es generare puer' (*cf. p. 1019b,18* φαῖμεν ἀδύνατον εἶναι γεννᾶν παῖδα) ... 'et vir' ... 'et eunuchus'. **2** *pendet gen. gerundii:* VISIO Godesc. A 48,2 tam optabili ... sponsione a non fallaci promissore *(i. angelo)* nec persolvendi promissum -e accepta ... luctu ... suo in gaudium converso gratulabatur. **3** *pendet* ad *c. acc. (fere gerundii; aliter: p.1452,35):* ALBERT. M. animal. 1,208 in longinquo ... nimis extenuatur *(sc. spiritus, qui vehitur radio visivo)* et ideo tunc efficitur -s ad comprehendendum. 3,105 calor naturalis debilis et -s fuit ad completam ipsius *(umoris)* decoctionem *(de generatione phlegmatis).* 3,163 aliquando fit *(sc. vir calidae et siccae complexionis)* -s ad emittendum in coitu. 24,16 quidam dicunt, quod post unum coitum cetus cum balaena -s ad coeundum ... efficiatur.

II *non compos, qui in potestatem non habet – nicht verfügend (über), nicht in seiner Gewalt habend (fere c. gen. obi.):* DIPL. Heinr. II. 65 duas villas ..., quas ... Gisilherus ... Wolcoldo ... episcopo sponte sua in-s concessit, ... reddimus. ABSAL. serm. 44 p. 254A habet aliquid de homine iumentum amplius ...; cum ... homo natus de muliere -s sui, nudus corpore, alieno indigens auxilio ... effundatur super terram. CHART. Basil. A II 78 p. 112,1 bonorum. CHRON. Worm. p. 193,35 dominus electus post multos tractatus, quasi -s Iacobi, sic stare promisit.

III *impossibilis – unmöglich:* TRACT. de chirurg. 815 quemadmodum curabilis ... fit (sit *var. l.; sc. fractura ossis*) in prima consolidatione, consideratio -s est propter duritiam partis (*cf.* BRUNUS LONG. chirurg. 1,2 p. 105F). *usu subst. neutr.:* ALBERT. M. metaph. 5,2,13capit. de modis potentiae et impotentiae et possibilis et -is. 5,2,15 haec opposita *(sc. modo potentiae)* proprie dicuntur -ia, quidam tamen dicunt ea impossibilia. *ibid. al.*

adv. **impotenter.** *restricte, parce, moderate, potentia deficiente – beschränkt, sparsam, mit Zurückhaltung:* HEIRIC. Germ. I invoc. 90 sensus cumules et ora solvas, ut mutis liquidae fluant loquelae, largiri solitus nec -r. FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 173,25 falco exinde *(sc. ex immoderata macie)* faciet debiliter et remisse et -r ... operationes suas.

impotentia (inp-, -cia), -ae *f.* *usu plur.: l.25. adde* ALBERT. M. metaph. 5,2,13 p. 251,69. **1** *infirmitas, imbecillitas, indigentia – Schwäche, Ohnmacht, Hilflosigkeit:* **a** *latius:* LIBER diurn. 84 p. 94,15 pro nobis apud Dei clementiam ... intercedite, ut in-a (-am *var. l.*), quae in nobis est, Dei nostri omnipotentia roboret. LIUTPR. leg. 7 p. 179,25 domino meo ... -am ascribis *(sc. Nicephorus)*, quod post Italiae ... acquisitionem tot annis eam tibi dimiserit. CHART. Aquens. 111 l. 25 quanta comitatur eis *(leprosis)* carnis spurcicia, quanta membrorum inbecillitas et in-cia. ALBERT. M. veget. 1,94 -am hominis ex humore subtili non cito siccabili causari. animal. 19,13 infirmitas ... visus in die glaucis evenit oculis, et -a visus in nocte accidit nigris. *al.* **b** *strictius i. q. defectus potentiae (cuiusdam determinatae) – Unfähigkeit, Unvermögen:* GERHOH. novit. 20,1 cum nec verbum Dei Deus possit a se ipso facere quicquam *eqs.*; quod tamen non est in-a, sed *eqs.* ALBERT. M. incarn. 49 p. 224,77 infirmitatem dolendi et patiendi non habuit *(sc. corpus Christi)*, quae dicitur naturalis -a (animal. 1,18 naturales potentiae vel -ae membrorum. metaph. 5,2,12 p. 250,41 n. -a provenit ex victoria materiae super formam vel *eqs. al.* GEBER. summ. 3 p. 254 sunt ... impedimenta huic operi supervenientia duo generaliter – n. scilicet -a et *eqs.*). FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 28,9 an ⌞faciant hoc⌟ *(sc. falcones non bonam volaturam)* propter loyrum, quod non diligant, aut propter -am *eqs.* ALBERT. M. metaph. 5,2,14 p. 252,77 '-a (*p. 1019b,15* ἀδυναμία) ...', sicut diximus, 'privatio est potentiae'. *ibid. al.* *pendet gen. obi. (fere gerundii, aliter: l.40):* PAUL. AEGIN. cur. 60 necationis ... fantasia ... ⌞cum in-a exclamandi⌟ (*3,15* μετὰ τοῦ ἀδυνατεῖν προσεκβοᾶν). ALBERT. M. sacram. 257 p. 168,50 quaeritur de -a coeundi (sent. 4,27,11capit. an -a c. ... possit dirimere matrimonium? *ibid. al.*). incarn. 49 p. 224,64 corpus Christi ... habuit naturalem -am patiendi ab extrinseco. *al.* ACTA imp. Winkelm. I 936I p. 711,29 si forte collectorum aliquibus solucionis -ciam imminere constiterit *eqs.* THEOD. CERV. chirurg. 3,44 p. 172A contra -am urinandi. **2** *impeditio – Verhinderung:* CHART. Argent. I 197 p. 160,12 (a. 1225) si ... decanus vel dictus canonicus interesse *(sc. electioni magistrae)* noluerit vel forte non potuerit, ipsorum -a vel negligentia per capitulum sancti Thome suppleatur. **3** *impossibilitas – Unmöglichkeit (c. gen. gerundii):* SUMMA dict. Saxon. 7,4 p. 226,29 est ... aliquis procurator in solidum vel in totum, alius ad petendas inducias, alius ad allegandam in-ciam veniendi *eqs.* (*item* p. 227,22). **4** *auctoritas parum plena, vitiosa – unvollständige Gewährleistung:* DECRET. Frision. A 8 p. 57,6 pro -a vendentis, scilicet wonwara, decem solidi *(v. notam ed.).*

***impotiono** (inp-), -avi, -atum, -are. (in *et* potionare) **1** *proprie i. q. veneno propinato tollere – mit einem Gifttrank beseitigen, vergiften:* ANNAL. Marb. a. 1226 Lůdewicus ... mortifera potione in-tus veneno periit. ALBERT. STAD. chron. a. 1144 p. 326,17 domina Rikence fratre -to sola possedit hereditatem. a. 1186 amabilis reginae factus in-vit (in-inavit *1; sc. Saladinus*) Norendinum et possedit et uxorem et regnum (*inde* ALEX. MIN. apoc. 20 p. 428,19 -to domino suo Norendino). a. 1196 quendam ... Richardum ... suspendi fecit *imperator*, quia eum in-are voluit. **2** *in imag. fere i. q. inebriare – etwa: berauschen:* SPEC. virg. 4,366 o radix invisa superbię, de qua fructus huiusmodi pullulant, quorum sapore seductus homo refectus vel -tus ... hereditabit amentię suę vel erroris stateram.

impotis *v.* impos.

***impotus,** -a, -um. (in- *et* potus) *qui non potavit – nicht getrunken habend, 'ungetrunken':* YSENGRIMUS 4,565 ille *(patriarcha)* manebit adhuc, cur hinc -us abiret? grandibus est pateris ante abigenda sitis.

***impraebendo** (inpre-), -avi, -are. (in *et* praebenda) *praebendarii q. d. nomine delegare, tradere – als Pfründner wid-*

men, übertragen, 'verpfründen' (de re v. HRG II. p. 1353 s. v. Laienpfründe): CHART. Stir. III 81 (c. 1250) inpre-vi filium meum ad Admunde claustrum sub tali forma: *eqs.*

[impraeceps *v.* in *et* praeceps.**]**

***impraecogitatus** (-re-), -a, -um. (in- *et* praecogitare) *inopinatus, improvisus – unvermutet, unvorhergesehen:* FUND. Consecr. Petri p. 278,11 necesse est . . ., ut, antequam horrende et impre-e mortis excipias imperium *eqs.*

***impraecognite** (inp-) *adv.* (in- *et* praecognoscere) *inopinate, ex improviso – unerwartet, überraschend:* ODILO SUESS. Seb. 15 (7) quod tam in-e et insuspecte devenissent *(sc. legati)*, percunctatur *Rodoinus.*

***impraeconsiliatus** (inp-), -a, -um. (in- *et* prae *et* consiliari) *inconsultus, inconsideratus – unüberlegt, unbedacht:* **1** *act.:* ALBERT. M. eth. I 655 p. 560,46 excessivus est etiam in-us, quia, si praeconsiliaretur, maneret in ratione. *usu praed.:* ALBERT. M. eth. I 429 p. 364,76 omnis, qui audit leges, ex consilio agit; sed iratus audit leges . . .; ergo falsum dicit, quod talis agit in-us. II 7,1,12 p. 493^{a},25 in hoc sunt iterum magis turpes *(sc. debiles quam irrefrenati)*, quia hoc, quod faciunt, non faciunt -i: quinimo multa consilia habent, in quorum nullo permanent propter debilitatem. **2** *pass. usu subst. neutr.:* ALBERT. M. eth. II 5,3,6 p. 373^{b},21 tria . . . sunt, -um, ignoratum et paralogum, quae in hoc nocumenta iustitiae sunt. *cf.* *non-praeconsiliatus.

***impraefocabilis** (inp-), -e. (in- *et* praefocare) *qui sustineri, reprimi non potest – unaufhaltsam, unwiderstehlich:* ODILO SUESS. Seb. 86 (43) aliquos flagitiosos audierat imperatrix Iudith vi quadam in-i in conventu publico crimina sua detexisse.

***impraegnabile,** -is *n.* *quod praegnari, frugiferum fieri potest – das zur Befruchtung Taugliche, 'Befruchtbare':* ALBERT. M. summ. theol. II 11,60 p. 591^{b},24 dicit Aristoteles . . .: 'planta *(sc. vitis)* ubique est masculus et foemina'; et huius assignat rationem, quod ubique in radicibus, stipite et ramis coniuncta habet impraegnans et -e.

***impraegnatio** (inp-, -re-), -onis *f.* **1** *proprie:* **a** *de actu i. q. praegnatio, conceptio, conceptus – Schwängerung, Befruchtung, Empfängnis:* **α** *de anim.:* EKKEH. pict. Mog. 172 membrana hispida natum in celi rore beat ⌞et pinguedine terre⌟ (gloss.: et in inpre-e Marie virginis). ANON. miseric. 420 opportet, ut sit *(sc. dictum genus materiae)* sicut creatura parvula, que est homo et quod assimilatur ei, scilicet ut sit factum cum coniunctione et impre-e . . ., et erit in eo mas et femina. ALBERT. M. animal. quaest. 9,24/28 p. 212,51 post -em clauditur matricis orificium. 10,1 p. 214,67 multae causae non-impraegnationis possunt esse ex parte viri. *al.* TROTULA A 11$^{capit.}$ de impedimento conceptionis et de his, quae faciunt ad -em. **β** *de plantis:* ALBERT. M. veget. 6,172 non . . . est arbitrandum, quod ista *(sc. per ventum facta)* -e et maturatione femina *(sc. palma)* indigeat, quando ex pluribus plantata convalescit, quia *eqs.* **b** *de statu i. q. graviditas – Schwangerschaft:* VITA Eberh. Commed. 2 Sifridus quidam . . ., ut post per illius in-em patuit, dormivit cum illa *(sc. pueri nutrice).* ALBERT. M. veget. 4,12 hoc modo . . . prolongantur -es et generationes animalium. Iob 39,1 p. 458,15 tempus . . . intelligitur, quod est inter primum conceptum usque ad partum completum, quod apud Aristotelem vocatur ⌞tempus -is⌟ (*p. 584^{a},35* τοῦ τόκου χρόνος). *al.* TROTULA A 14$^{capit.}$ de signis -is. **2** *meton. i. q. germen, fetus – Keim, Spross:* ALBERT. M. veget. 1,46 sexuum vires sunt in seminibus embryis sive -bus; embrya autem sive -es dico concepta semina. **3** *per pravam interpr.:* ALBERT. M. animal. 5,57 in tempore . . . -is (*ponitur pro* impinguationis, *ut vid.; cf. p. 546^{a},20sq.* ἐὰν μὲν εὐτραφῆς ᾖ) coit porcus omni tempore, nocte et die *(v. notam ed.).*

***impraegnatura** (-re-), -ae *f.* *graviditas – Schwangerschaft:* VITA Wirnt. 2 p. 1129,8 si occurrisset ei mulier in utero habens, que tamen adhuc non evidens impre-e haberet signum, duos illi nummos contulit.

impraegno (inp-, -re-), -avi, -atum, -are. **1** *de actu i. q. praegnare, praegnantem facere, gravidare – schwängern, befruchten (pass. [intrans.: p. 1454,11] i. q. praegnari, praegnantem, gravidum fieri, concipere – schwanger, befruchtet werden, empfangen):* **a** *proprie:* **α** *de anim.:* EKKEH. IV. pict. Mog. 598 pneumatis inpregnat te virtus *(de s. Maria).* HUGO FLAV. chron. 2 p. 496,27 hominem dico masculum a masculis -regnatum *eqs.* CHART. Steinf. 30 tenere unum taurum pro vaccis . . . saliendis seu -regnandis. CAES. HEIST. mirac. II 1,30 inpre-verat . . . *miles* quandam cognatam suam. ACTA imp. Winkelm. I 998 p. 757,35 iumentum . . . durat posse -regnari vel concipere usque ad duodecim annos *eqs.* TROTULA A 11 p. 74,13 eam *(mulierem)* bis vel ter facies coire in hebdomada, quia sic citius poterit -are (B *129 -regnari). ALBERT. M. animal. 9,1 quando potest -ari mulier et -are vir *eqs. al.* **β** *de plantis:* ALBERT. M. veget. 1,196 cum . . . viscera plantarum . . . humido vaporante implentur et -antur, sole appropinquante emittunt et convalescunt. 2,8 secundum modum commixtionis terrae cum elementis . . . terra concipit et -atur virtute coelesti. **b** *in imag.:* **α** *gener.:* EKKEH. URAUG. Hieros. 34,1 cepit . . . gaudii semen . . . diffundi, fideles animae . . . bonorum fructuum votis -regnari. VISIO Tnugdali p. 28,2 -regnabantur . . . omnes anime tam virorum quam mulierum, que descendebant in stagnum, et ita gravide prestolabantur tempus, quod eis conveniebat ad partum *eqs.* CHRON. Vill. 12 (MGScript. XXV p. 200,46) -regnata est ecclesia Villariensis a spiritu sancto *eqs.* **β** *alch.:* ALLEG. sapient. 28 p. 478^{b},63 ipsa *(uxor)* . . . -bitur et germinabit *eqs.* Ps. GERH. CREM. sal. I 19 p. 23,27 ipse *(mercurius)* est draco, qui maritat seipsum et -regnat seipsum (*sim.* II 9). Ps. CALID. lap. p. 398 qui *(lapis)* seipsum -at et in se ipso concipit et se ipsum parturit. ROSIN. interpr. 1 p. 292,3 reducere est incerare, -are et resublimare. **c** *translate i. q. implere – (an)füllen:* ODO MAGDEB. Ern. 2,187 saccos -regnant *(sc. turba hominum satianda rapinis).* RAPULARIUS I 124 privatas aperiri rex iubet archas, quas -regnarat grandis acervus opum. *farcire – stopfen:* BERNH. PROV. comm. 8,3 p. 304,18 condisum, id est meditullium ellebori nigri, cum quo inpregnatur radix rafani (*de re v.* 1,4 p. 277,1sqq.). **2** *de statu usu depon. i. q. praegnantem esse, ferre – schwanger, trächtig sein, 'tragen':* ALBERT. M. animal. 6,111 quaedam . . . catularum LXXII diebus -antur . . .; quaedam autem per tres menses -antur. 9,41 sunt *(sc. quaedam mulieres)* . . . boni coloris et leves, cum -antur aliquando de femina, et contrario modo forte se habent, quando -antur de masculo. *ibid. al.*

adi. **1. impraegnans,** -antis. *praegnationis, fecunditatis efficiens, generans – Schwangerschaft bewirkend, befruchtend, zeugend:* ALBERT. M. metaph. 7,2,9 p. 350,61 in his *(seminibus plantarum)* duae virtutes sunt coniunctae, ⌞-s videlicet et impraegnata⌟ (*cf. p. 1033^{b},30* τὸ γεννῶν . . . τὸ γεννόμενον). *usu subst. neutr.: p.1453,36.*

2. impraegnatus, -a, -um. **1** *praegnans – schwanger, trächtig:* LEX Alam. 72,3 (rec. B) alia *(iumenta)* . . ., quae adhuc pregna (praegnantia *16. 21,* inpre-a *18*) non fuerunt, tribus solidis sint adpretiata. VITA Wern. Merseb. 1 p. 245,31 evigilans . . . Deo devota femina et licet in-a conceptus sui tamen prorsus nescia in laude Dei visione congratulatur. CHART. Rhen. med. III 892 p. 666,28 scire vos *(sc. consanguineos)* cupimus *(sc. comes)* . . . nos sperare . . . consortem nostram Mechtildim fore dante Domino inpre-am. ALBERT. M. animal. 6,22 mulier praegnans plus delectatur in coitu quam illa, quae non est -a. 9,55 accidit cuidam mulieri, quod ex uno concubitu -a fuit duobus gemellis et postea diu fuit -a de tertio. *saepe. ellipt. usu subst. fem.:* ALBERT. M. animal. 9,42 -ae . . . semper desiderant res diversas. 9,44 accidit . . . et hoc -is, quod *eqs. ibid. al.* **2** *praegnationis patiens, concipiens – zur Befruchtung tauglich, empfangend: v. l.46.* *cf.* impraegnabile.

***impraemeditanter** *adv.* *sine praemeditatione – ohne Vorbedacht, ohne darauf gefasst zu sein:* ALBERT. M. eth. I 285 p. 246,2 est maioris fortitudinis -r bene se habere in periculis.

***impraemeditative** *adv.* *ex improviso – unvermutet: v. p. 1455,34.*

impraemeditatus (inp-, -re-), -a, -um. *praemeditatione, deliberatione adhibita carens, inconsideratus, inconsultus – vorheriger Überlegung entbehrend, unüberlegt, unbedacht,*

gedankenlos: **1** *sensu act. de hominibus (de animo: l. 3):* CHART. Salisb. III 4 p. 4,3 (a. 1249) nisi casu fortuito aut animo id *(sc. laesio hominis)* acciderit impre-o. ALBERT. M. div. nom. 4,44 p. 149,72 homo -us porrigit ad onus ferendum dextrum humerum, nisi habeat illum occupatum. animal. 23,29 cum illaqueatam se sentit *(sc. butorius avis)*, stat immobilis et venatorem se accipientem incautum et -um vulnerat rostro. *usu praed.:* GONZO Geng. 6 is *(sc. Gerardus)* -us statim sic ait: *'eqs.'* CONSUET. Rod. 64 si quis hoc *(sc. turpe dictu)* impre-us (inpremeditate *var. l.*) proferre cepit *eqs.* **2** *sensu pass. de rebus abstr.:* HINCM. divort. 3 p. 131,3 de mihi in-a ... questione ... plurima heri ... locuti tandem ... finem eidem causae ... posuimus. GERHOH. psalm. 31,5 p. 40,21 non ... confessio mea est -a vel temeraria, sed ex cauta deliberatione ordinata. ALBERT. M. animal. 1,587 ira naturalis et audacia -a ... significant caliditatem. *subst. neutr. in locut. adv.* ex -o *i. q. ex improviso – unvermutet:* ALBERT. M. eth. II 3,1,14 p. 214[a],26 si ... subito superveniat amicus ex -o *eqs.*

adv. ***impraemeditate.** **1** *sine deliberatione, inconsulte, temere – ohne Überlegung, unüberlegt, unbesonnen:* OTTO FRISING. chron. 5,9 p. 242,30 princeps iste *(sc. Heraclius)* ... crudelissimam gentem ... impre-e educens a Domino iuste flagellatur. gest. 1,47 p. 67,1 videres ... alios in flumen inordinate ruentes ex eo, quod aliis inpre-e implicarentur, dimergi. 2,44 regalia ..., quae ... nulli episcoporum militi, antequam de manu principis suscipiantur, tradere licet, ipse *(sc. Hardewicus)* huius rei nescius impre-e ... tradiderat. ALBERT. M. animal. 10,67 cum ambulat *(sc. mulier impraegnata de masculo)* -e, praeponit pedem dextrum. **2** *ex improviso, ex inopinato – unvermutet, unerwartet:* CHRON. Cosmae cont. I a. 1134 p. 139,41 cum ... securi ab hostium incursu secunda cuperent ducere tempora pacis, subito ac -e hostes superveniunt. CAES. HEIST. mirac. I 10,3 p. 220,13 iussus *(sc. monachus idiota)* loqui verbum Dei, usque hodie -e (impraemeditative *B*) tam excellenter ... illud proponit, ut *eqs.* ALBERT. M. Matth. 17,2 p. 467,88 quod apparet, subito advenit et -e (*sim.* 24,27 p. 572,2).

impraeparatus (-re-), -a, -um. *imparatus imprudensque – unvorbereitet:* IOH. PLAN. hist. prol. 2 ne forte subito irruentes *(sc. Tartari)* invenirent eos impre-os ... et facerent magnam stragem in populo christiano.

impraesentiarum (inp-, -re-, -nci-) *adv. divisim scriptum: l. 47. 50. p. 1456,14. 15. 28. 31. saepius.* **1** *de tempore:* **a** *ad praesens tempus, in praesenti, nunc, hoc tempore – gegenwärtig, jetzt, zurzeit, derzeit:* **α** *in univ.:* HINCM. Remig. app. p. 348,34 nequaquam dignus sum obtinere, quo vestrae necessitati in-m valeam consulere. TRAD. Frising. 1268 ut, quicquid in secularibus agatur negotiis ..., in pre-m (*opp.:* in futuro) salva auctoritate testium ... maneat ... inconvulsum. DIPL. Heinr. II. 37 cui *(sedi Paterbrunnensi)* ... presul Meginuuercus in pre-m preest. OTTO FRISING. gest. 2,48 p. 156,4 pene usque inpre-m deducta est haec controversia. CHART. Hall. I 209 ut ... hec nostra instituciо cum possessionibus, quas inpre-ciarum ... possident *(sc. sanctimoniales)* ..., rata permaneat. *persaepe.* *in pleonasmo:* VITA Romar. 5 (MGMer. IV p. 223,8) sicut nunc inpre-m cernitur. **β** *in praesens – für jetzt, für den Augenblick, vorerst, zunächst:* ERMENT. epist. (MG Mer. V p. 605,17) si ... hoc negotium vestro *(sc. Hilduini abbati)* peractum fuerit adiutorio ..., vobis quam maxime non modo inpre-m, verum etiam in futurum prospicietis. ABBO FLOR. calc. 2,2 est ... natura omnium mortalium tueri salutem quoquo locorum, se dolere vinci circumseptum agmine hostium ... et in-m appetere vite contubernium. SIGEB. GEMBL. Lamb. 18 (MGMer. VI p. 400,17) tractabat pelex ... parare sibi precatorem, per cuius instinctum posset sibi conciliare animum episcopi vel saltem ab importuna reprehensione principis inpre-m mitigare. *al.* **γ** *in hac vita (terrena) – in diesem (irdischen) Leben:* VITA Elig. 2,81 p. 740,28 Dei est ... omne, quod per eius famulos geritur, quoniam ex illo vitae fonte trahitur, quicquid in-m hauritur. RADBERT. corp. Dom. prol. ad Warinum 77 quanta sit virtus vitam aeternam in-m (in praesentia *var. l.*) accipere et angelicis escis cotidie saginari. psalm. 1,47 contemplativae vitae ... deservire in-m ut est beatissimum, ita et negotiosissimum. *al.* **b** *eo ipso tempore, simul – zu ebendieser Zeit, gleichzeitig:* DESID. CAD. epist. 1,13 supplico, ut ... nostri memoriam sacris precibus interseratis *(sc. Sulpicius patriarcha)*; haec nimirum facientes vicem nobis in-m rependites, qui ... orandi ... instantiam non omittimus. **c** *tunc, illo tempore, ea aetate – damals, zu jener Zeit:* THEOD. TREV. Liutr. 130,1 erat inpre-m (*cf.* VITA Pus. 10 tunc temporis) ipsius ecclesie custos forte constitutus nomine Georgius. **2** *de loco:* **a** *coram (sc. aliquo vel omnibus), in praesentia, in conspectu (sc. alicuius vel omnium), palam – vor (jemandem, allen), in Gegenwart (jemandes, aller), vor aller Augen:* RIMB. Anscar. 36 p. 70,39 hic ..., qui in-m stat (*antea:* domnum episcopum coram se stantem). DIPL. Otton. II. 239 p. 269,13 si ... aliquae cartae in prę-m delatę fuerint. BERTH. chron. B a. 1077 p. 267,19 littere apostolice in pre-m (*antea:* in audientia cunctorum) recitate sunt. OTTO FRISING. gest. 2,21 p. 124,9 eo quod ..., quicumque ... deprehensi fuissent, patibuli, quod inpre-m erectum cernebant, expectabant supplicium. CONST. imp. III 144,3 sacramentum ... prestari fecimus in nostra presencia in nostram animam et in animam consortis nostre ... inpre-ciarum ibidem existentis. *al.* **b** *praesto – zur Hand, zur Verfügung:* VITA Beth. 9 (MGMer. III p. 617,22) mira dispositio affuit Dei omnipotentis: nam prece effusa ad Dominum pontifex affuerunt sibi in-m solidi quingenti. **c** *hic, hoc loco – hier, an dieser Stelle (de loco libri sim.):* ALDH. ad Acirc. 139 p. 193,15 epitritus, de quo -m parumper comminisci nitimur. TRAD. Ratisb. 288 placuit ..., ut traditio ad augendos testes iteraretur, sicut in pre-m legitur: Wuzo, Peranger *eqs.* REINHER. PADERB. comput. 1,10 p. 24,37 factum est ..., ut ecclesia doctrinam super hac re Dionisii reciperet, facilem quidem, sed erroris plenam, sicut in p-m patet.

impraessio *v.* impressio.

impraetermissus (inp-, -re-), -a, -um. *inviolatus, stabilis, ratus ac firmus – unverbrüchlich, feststehend, gültig (usu praed.):* CHART. Diess. 6 p. 111,3 (a. 1192) antecessorum nostrorum statuta inpre-a servare debemus *(sc. episcopus).*

adv. **impraetermisse** (-ae, in pre-e) *et semel (l. 53)* ***impraetermisso.** **1** *sine intermissione, perpetuo, continuo – ohne Unterbrechung, fort und fort, ständig, immerzu:* ALMANN. Niv. 5 (MGMer. V p. 163,14) ut ... inpre-e faceret sibi 'thesaurum non deficientem in celis'. HUMB. Sim. 3,2 p. 200,7 certe sicubi locorum edictum sic proponeretur, ut in-e observaretur. DAVID compos. 3,70,3 ut nec nimis raro nec semper continue celebrare vel -e sacram hostiam studeant *(sc. sacerdotes)* immolare. CHART. episc. Hild. II 933 inpre-e calcat iter mortis terre generatio tota. *saepius.* *in pleonasmo:* TRAD. Frising. 1653 (a. 1084) ut, quicunque ... ipsum prediolum possideat, semper in anniversario predicti Gotifridi die XXX panes speltinos ... ad predictum sepulchrum in pre-e offerat. LAMB. ARD. hist. 92 qui *(consiliarius)* quoniam cum eo *(Arnoldo)* semper et impre-e et ubique stacionarius esse nequivit *eqs.* **2** *sine mora, haud cunctanter – unverzüglich, umgehend, ohne Säumen:* CAPIT. episc. II p. 156,1 ut vocati ad sinodum inpre-o (inpre-e, inpre-ę, inpre-ae *var. l.*) o c c u r r a n t (DECRET. Burch. 1,90 p. 572[B] ut omnes exceptis infirmis ad eius synodum ... -e o. 1,94,56).

impraevaricabilis (inp-, -re-), -e. *qui praevaricari non potest, inviolabilis – unumstößlich, unverletzlich:* ANNALISTA SAXO a. 803 inperator Karolus sancto Hildegrimo ... suam parrochiam certis undique circumscripsit terminis suoque ... inperio et inpre-i privilegio firmavit. ALBERT. M. summ. theol. I 17,68,4 p. 706[b],19 inducit *(sc. Gregorius)* Platonem ...: 'Plato ... dupliciter dicit fortunam: ...; secundum actionem vero divinam legem -em propter causam ineffugibilem.' *al.*

adv. ***impraevaricabiliter.** *inviolabiliter, irrefragabiliter – unumstößlich, unverbrüchlich:* CAPIT. episc. I p. 192,8 ut, quando ad sacram synodum bis in anno, sicut sacri canones in-r docent, convocantur *eqs.* CHART. Salisb. II 550 p. 21,31 ut ... elemosina studiose, legitime et impre-r iuxta, quod decretum ac diffinitum est, statutis diebus illi conventui ministrentur.

***impraevisio,** -onis *f.* *impossibilitas praevidendi – Unmöglichkeit des Vorhersehens:* ALBERT. M. Matth. 25,6 p.

[Antony]

589,16 supra . . . dictum est, quod non pro qualitate temporis, sed pro obscuritate -is (improvisionis *var. l.*) horae iudicii dicitur istud.

***impraevisus,** -a, -um. *improvisus, inopinatus – unvorhergesehen, unerwartet:* ALBERT. M. Matth. 25,6 p. 589,9sq. de citatione dicit tria esse circa iudicium, scilicet quod -um (improvisum *var. l.*), quod apertum, quod peremptorie citatorium; quod -um (improvisum *var. l.*), quia 'media autem nocte', hoc est in tenebris ignorantiae.

impransus (inp-), -a, -um. *ieiunus – nüchtern, 'ungefrühstückt':* VITA Bard. 15 p. 330,2 rex paene in-us est, nullas quaesivit delicias ciborum. ANON. Has. 22,35 cum aliquando durius in aliquem seviret in-us *(sc. episcopus),* post mensam flebiliter se ipsum accusabat. GALB. Karol. 107,3 nepotes Thancmari cucurrerunt super Brugenses apud Harenas evocantes . . . cives adhuc -os . . . ad militias faciendas.

[imprecarium *v.* in *et* precarius.**]**

imprecatio (inp-, -cio), -onis *f.* **1** *in malam partem i. q. exsecratio, detestatio – Verwünschung, Verfluchung:* LIUTPR. antap. 5,11 capit. p. 129 in-o contra montes, qui Berengarium et Willam transire permiserunt. BRUNO QUERF. Adalb. A 8 locutum est daemonium, cum presbyteri sacris -bus (B 8 in-cionibus [-cionibus, increpacionibus *var. l.*]) urgerent, ut exiens de homine possesso daret honorem Deo. CHART. Xant. 120 p. 91, 48 omnes tres ecclesie suas facient -es eo modo, quo fieri consueverunt contra eum, qui . . . iniuriam irrogavit. CHART. Lub. IV 5 p. 8,5 (epist. papae) orationes sacras . . . in reprobas -es convertere. *expressius de malo alicui optato:* RICHER. SENON. gest. 1,21 p. 266,32 talia in verba prorupit *(sc. vir sanctus in visione):* 'Deus meus, pone illos . . . sicut stipulam ante faciem venti' . . .; -cio namque sancti tam celeriter est subsecuta, ut unus post alium mori inciperent. **2** *in bonam vel neutram partem:* **a** *obtestatio, admonitio, obsecratio – Beschwörung, eindringliche Ermahnung, inständige Bitte:* ALBERT. AQUENS. hist. 9,27 permagna regis -o ad universos facta est, quatenus *eqs.* GESTA Trev. cont. I 20 p. 194,31 missa . . . decursa, ubi ad communicandum perventum est, episcopus verba in-is huiusmodi intulit dicens: *'eqs.'* **b** *oratio, preces – Gebet:* BEDA hist. eccl. 4,26 p. 266,21 insulani . . . invocantes divinae auxilium pietatis caelitus se vindicari continuis diu in-bus postulabant. WALAHFR. exord. 6 p. 480,13 aram quidam vocatam dixerunt, quod ibi incensae victimae arderent, alii a precationibus, quas Greci aras vocant, unde et -es antara dicuntur *(sim.* HONOR. AUGUST. gemm. 1,122 ara . . . graece dicitur, latine -o; *cf. Serv. Aen. 2,515. Isid. orig. 15,4,13).* EKKEH. URAUG. Burch. 1,8 p. 145,21 sanctus electum Zacharias Burchardum . . . Christo . . . satis superque misticis -cionibus ecclesiastico more commendavit atque sacravit.

***imprecativus,** -a, -um. *obsecrans, supplex – beschwörend, flehentlich:* CONR. MUR. summ. p. 163,5 sunt verba . . . insinuativa, -a *(v. notam ed.).*

***imprecatus,** -us *m. obtestatio, invocatio – Beschwörung, Anrufung:* CHART. Rhen. med. I 536 p. 595,19 (a. 1145) -u b. Dei genitricis Marię et omnium sanctorum hęc in perpetuum confirmamus.

impreciabilis *v.* impretiabilis.

***imprecogitatus** *v.* *impraecogitatus.

imprecor (inp-), -atus sum, -ari *et* **impreco** (inp-), -avi, -atum, -are. *script.* inprae-: *p.1458,24.45. struct. pass.: p.1458,4.14. 49.* **1** *optare – (an)wünschen:* **a** *c. acc. (?gen. partitivo: p. 1458,2) accedente dat.:* **α** *in bonam partem:* AMALAR. bapt. 3 gratias Deo agere et stabilitatem atque sapientiam in-ari vestro *(sc. imperatoris)* sancto regimini. WIDUK. gest. 2,1 p. 65,12 omnis populus . . . in-ti sunt prospera novo duci. EPIST. Hann. 109 p. 186,3 nobis . . . statum optatę quietis es -tus. WILH. HIRS. const. 2,66 p. 1141[A] prior ei *(defuncto)* absolutionem -atur. CHART. archiep. Magd. 315[b] p. 404,29 peregrinationi nostrę unanimiter prospera -antes *(sc. veneranda congregatio). al.* **β** *in malam partem:* THIETM. chron. 7,49 omnis maledicio, quam sibi beatus Iob in-tus est, huic *(comitissae)* talem promerenti ęveniat. REGISTR. Pant. Col. 8 p. 92,18 divinum iuditium sub perpetuo anathemate -amus illis, qui *eqs.* GESTA Trev. cont. III 3 reditus . . . custodiae . . . ad hoc *(sc. novum opus construendum)* delegaverat *(sc. pontifex)* -tus mali *(codd.;* mala, multum mali *edd. priores)* illi, qui auferret. CHART. Burgel. 62 temerantibus *(sc. huius rescripti paginam)* . . . -ta proveniat maledictio. *al. adde:* CONR. MUR. summ. p. 141, 10 nomen . . . recipientis . . . ponitur in dativo, ubi subaudiuntur huiusmodi verba . . . '-atur' et 'minatur', dum inimicis scribitur inimice. **b** *struct. var. (fere in malam partem; aliter: l. 14.49):* **α** *c. dat. i. q. male precari – fluchen:* WALAHFR. Gall. 1,4 beatus pater . . . zelo iustitiae -tus est eis *(paganis)* dicens: *'eqs.'* CHRON. Erf. min. p. 628,7 presbiter . . . in-tus est eis *(cantantibus)* et maledicta congessit dicens: *'eqs.'* **β** *pendet* ut: AMALAR. off. 1,12,22 haec *(dona)* praecipue a sacerdotibus -antur per ministrationem olei, ut omnes generaliter accipiant. DIPL. Loth. I. 115 p. 266,26 quod *(sc. minutionem vel ablationem)* si fecerit *(sc. aliquis successorum nostrorum),* optamus atque omnimodis in-amur, ut huius rei rationem Deo . . . iudici . . . reddat (*item* DIPL. Ludow. II. 34 p. 136,36. 48 p. 161,3 -amur). CHART. Austr. sup. I 173 p. 261,10 hanc . . . paginam . . . sigilli nostri impressione iussimus insigniri in-antes . . ., ut perpetue maledictioni subiaceat *(sc. temerator).* **γ** *c. praep.:* super: RADBERT. corp. Dom. 22,83 super eius *(hirci emissarii)* capud omnes iniquitates filiorum Israel confitendo et universa delicta atque peccata eorum inpraecabantur (-buntur, inpraedicabantur, inplicabantur *var. l.*) *eqs.* in: CHART. Sigeb. 53 p. 121,33 (a. 1144) ęternam Dei iusticiam atque iudiciariam sententiam -antes *(sc. archiepiscopus)* in omnem animam hominis, quicumque horum quippiam . . . defraudaverit. ANNAL. Wirz. a. 1147 p. 7,27 valedicentes et prospera in-antes *(sc. duo reges)* invicem. **2** *orare, obsecrare, supplicare – beten, bitten, flehen:* **a** *absol.:* IULIAN. TOLET. Wamb. 22 haec . . . princeps in-anti (precanti *var. l.*) viro verba respondit: *'eqs.'* RADBERT. corp. Dom. app. 748 'cum immolatum Dominum' nostrum 'et' incenso adstantem 'videris sacerdotem' atque 'in-antem omnesque' pariter 'pretioso illo' imbui 'sanguine *eqs.*' **b** *pendet:* **α** ut: PASS. Leod. 30 (MGMer. V p. 311,14) Winobertus . . . in-ans (deprecans, deprecatur, deprecabatur *var. l.*) custodibus (a custodibus, custodes *var. l.*), ut latenter ad ipsum ei accedere non negarent *eqs.* UFFING. Ida 1,7 ut . . . in ipso pausae suae articulo ducatum viae ad Dominum illi *(servi Dei)* impetrent, . . . in-atur. **β** quo: RHYTHM. 149,121 prostratus pedibus regis in-bat *(sc. Eligius)* . . ., quo pietate permotus revocaretur moriturus *(sc. reus).* **c** *c. acc. c. inf.:* PAULIN. AQUIL. c. Fel. 3,4 l. 4 patris, non suam voluntatem fieri evangelista innotuit inpraecasse *(sc. Christum).* **d** *c. praep.:* **α** pro: FORM. Augiens. A 23 diebus ac noctibus pro salute et incolomitate vestra . . . Domini *(om.* gratiam *sim.?)* in-amur. **β** de: HINCM. epist. 198 p. 207,24 percepi dictum a sancto spiritu et in-ari a cuncta Dei ecclesia de his, qui in corde . . . locuntur: *'eqs.'*

[impredio *v.* 1. impertio.**]** **impreg-** *v.* impraeg-.

***imprendo** (inp-), -ere. (*francog. vet.* emprendre) *suscipere, ingredi – auf sich nehmen, unternehmen, antreten:* TRACT. de astrol. 29 si *(sc. Almucatil est)* in terra, comparare vult vestimenta ad feminas aut in-ere viam, ubi fuerit bene accepturus *(cf.* 28 prendere viam; *v. notam ed. p. 188,4).*

impresenti *v.* in *et* praesens.

impresentia *v.* in *et* praesentia.

impresius, impressa, impresse *v.* imprimo.

***impressibilis,** -e. *impressionum patiens, impressionibus formabilis – für Ein-, Abdrücke empfänglich, durch Eindrücke formbar:* ALBERT. M. meteor. 2,1,16 p. 55,46 nix cadit mollis manibus comprehensibilis (-is *var. l.*) de facili. animal. 1,519 humidum . . . est *(sc. cerebrum)* secundum naturam, ut . . . bene sit -e omnibus formis virtutum animalium. 21,27 consequitur, quod spiritus istarum *(sc. aquaticarum magnarum)* avium . . . sint . . . minus -es a formis aestimationis.

impressio (inp-, -rae-, -esio), -onis *f. script. et form. abl. sg.:* inpraessinae: *p.1459,37.* in-i: *p.1459,38.* **1** *proprie:* **a** *spectat ad res i. q. actio premendi, im-, comprimendi – das (Auf-, An-, Ein-, Zusammen-)Drücken:* DESID. CAD. epist. 1,16,27 quod minus . . . stili exaravit in-o *eqs.* WETT. Gall. 33

[Antony]

dentium dolores ex . . . caerae in-e fugati sunt. TRACT. de chirurg. 644 quia -i digiti cedit *(sc. tumor; superscr. I)*. ALBERT. M. animal. 1,552 exterior *(tunica stomachi)* . . . habet villos latitudinales congruos -i et expulsioni. CHART. Burgenl. 510 p. 342,24 sepedicti . . . penam, -em videlicet characteris, dicto Ponith remiserunt. WILH. SALIC. chirurg. 2,19 p. 338[C] ex . . . -e tentae ad profundum vulneris . . . fit dolor grandis. CONR. MUR. summ. p. 168,16 sigillum . . . quandoque dicitur cerea ymago ex typario per -em expresse facta. *al. v. et vol. III. p. 1258,29.* *de frumento i. q. fractio molis effecta – das 'Schroten':* REGISTR. abb. Werd. 3,51 Auoko XIII mo. siliginis, I bracium cum -e, VIII mo. sine -e *(sc. debet). ibid. iterum.* **b** *spectat ad homines i. q. concursus, coartatio, impulsio – Gedränge, Andrang:* **α** *in univ.:* TRIUMPH. Remacli 2,3 fiebat . . . maxima nobis -o undique . . . populis occurrentibus. 2,16 in tanta tamque continua -e . . ., in qua alii alios supergressi ab aliis impellebantur assidue *eqs.* **β** *sensu hostili i. q. incursio, impetus – Angriff, Ansturm:* WIPO gest. 34 inito praelio minorum incredibilis multitudo sola -e catervarum vicit. OTTO SANBLAS. chron. 20 p. 24,22 Romanis . . . tantum multitudinis in-e pugnantibus. *al.* **2** *meton. de effectu i. q. nota, signum, forma, imago impressa – Abdruck, Eindruck, Abbild:* **a** *gener.:* ANON. geom. I 3,1 qua *(summitate altitudinis)* inspecta loco, in quo steterit mensor, nota imprimatur et huic -i statura mensoris adiungatur. ACTA imp. Winkelm. I 137 quam *(bullam)* ex uno latere . . . -o capitum apostolorum Petri et Pauli decorat et ex alio *eqs.* BURCH. SION. descr. 8,1 p. 68,25 videtur -o calvarie eius *(Domini)* superius in rupe dependente *eqs.* CHRON. Albr. a. 1097 p. 807,16 fertur ei *(Abgaro)* Dominus misisse . . . sui vultus in-em in panno. **b** *publ. et iur.:* **α** *spectat ad sigillum:* DIPL. Ludow. Germ. 2 p. 3,22 a n u l i nostri in-e signari *(sc. hanc auctoritatem)* iussimus (128 p. 179,29 impresione. ACTA reg. Burgund. 3 inpraess-e. THANGM. Bernw. 27 p. 771,23 sua subscriptione anulique -e roboravit *[sc. rex traditionem]. persaepe*). NICOL. I. epist. 126 p. 647,9 sine -e s i g n a c u l i (127 p. 648,9). DIPL. Karoli III. 99 p. 161,39 b u l l a e nostrae inpraessinae adsigniri iussimus (DIPL. Otton. I. 235 p. 327,2 bullę nostrę in-i adsignari. *al.*). DIPL. Otton. II. 172 hanc cartam . . . imaginaria nostri -e s i g i l l i notatam . . . corroboravimus (DIPL. Heinr. III. 279 imprae-e. CHART. Bund. 509 -esione. CHART. Eichsf. 367. *persaepe; sim.* DIPL. Otton. III. 408 p. 842,40 s. nostri -em ponere iussimus. CHART. Heinr. Leon. 93 testimonialis nostri -o s. eum *[paginae ordinem]* roborat. *al.*). GERB. epist. 53 epistola vestri nominis -e ignota. DIPL. Otton. III. 197 hanc cartam . . . in-is nostrae s i g i l l o confirmari . . . statuimus (TRAD. Scheftl. 264. *al.*). *expressius i. q. sigillum – Siegel:* COD. Lauresh. 1147 l. 27 (interp. non ante s. XI.[2]) hoc testamentum confirmatum est sancti Nazarii in-e (*cf.* 141 l. 50 Nazarii sigillo). CHART. Osn. II 232 p. 181,5 hanc paginam -e . . . episcopi Conradi . . . et nostri . . . firmavimus. CLEM. IV. registr. 657 p. 667,22 prohibemus . . . universis . . ., ne . . . Conradino ut regi Sicilie scribant nec ab ipso litteras velut a rege sub premissis intitulatione, denominatione vel -e recipiant (*sim.* 660 p. 674,7). **β** *spectat ad monetam ('Prägung'):* DIPL. Heinr. III. 234 in una superficie denariorum nostri nominis et imaginis -em, in altera vero eiusdem civ<itatis figuram imprimi iussimus>. DIPL. Conr. III. 204 p. 370,4 monetam . . . Basiliensem supradictus episcopus . . . ita specialiter et singulari -e . . . obtineat . . ., ut nullus extra civitatem in episcopio suo eam imitetur. CHART. Merseb. 283 p. 225,21 in die assumptionis ferrum habens in-em monete secabitur et frangetur. *al.* **c** *natur. et philos.:* EBERH. ALEM. labor. 125 praegnantes facit has *(sc. tres cellas capitis animae efficientiis consecratas)* sensus -o, radix a quo totius cognitionis erit. RICHARD. ANGL. (?) anat. II p. 82,14 humidum est *(sc. cerebrum)*, ut facile formarum suscipiat -es *eqs.* ALBERT. M. veget. 1,24 coelestia . . . animata non erunt, eo quod 'sint impassibilia', non recipientia -es formarum extranearum. *ibid. al.* **3** *translate:* **a** *philos., natur., medic., alch. i. q. vis, effectus, efficientia, momentum, influentia – Einfluss, (Ein-)Wirkung:* ALBERT. M. summ. creat. II 1,21,2 p. 185[b],6 coelum non recipit -es peregrinas *eqs.* cael. hier. 9,4 p. 148,49 inferiora . . . corpora necessitatem habent recipiendi -es superiorum. cael. 3,1,1 p. 202,25 'rerum naturalium quaedam sunt substantiae et quaedam sunt, quae sunt ⌜ex actione et -e⌟ (*cf. p. 298[a],28* ἔργα καὶ πάθη) substantiarum' naturalium. animal. 22,13 corpus . . . hominis magis est accedens ad caeli similitudinem: et ideo caeli facilius sequitur -es. *ibid. saepius.* GEBER. summ. 72 p. 547 que *(medicina)* non adducit complementum sufficiens *(sc. perfectionis)*, quin contingat alteratum *(sc. minerale)* mutari et corrumpi cum evaporatione -is medicine illius totali. *al.* *in malam partem i. q. vitium, laesio – Schädigung, Verletzung:* BRUNUS LONG. chirurg. 1,15 p. 113[E] si fistula iam fecit -em in osse *eqs.* **b** *publ., iur., canon. i. q. compulsio, coactio, violentia, extorsio – 'Druck', Nötigung, Zwang, Gewalt(anwendung), Erpressung:* DIPL. Merov. I 81 ut absque in-e populi vel tumultuatione seculari Deo soli vacarent *(sc. familia Dei).* GESTA Frid. I. imp. A p. 35,11 fodrum tollere et alias -es in personis et rebus rusticorum et civium facere. INNOC. III. registr. 1,64 quicquid in ecclesia . . . Auersana . . . per laicalem -em factum fuit, . . . cassamus. HONOR. III. registr. 178 p. 126,8 que aliter, quam deceat, acta sunt, corrigas *(sc. imperator)*, electiones . . . libere ac sine -is vitio fieri permissurus. CHART. Rhen. inf. II 721 p. 423,26 dicte littere . . . per vim et -em, per metum et coactiones . . . exstiterunt sigillate. *saepe.* *c. gen. obi. i. q. servitium impositum – auferlegte Leistung:* GESTA Frid. I. imp. A p. 59,33 rusticorum . . . -o talis erat: feni plaustra mille *eqs.*

***impressivus,** -a, -um. *impressionis efficiens – prägend:* ALBERT. M. animal. 16,24 sicut . . . exigitur formam in generatione recipiens, sic etiam exigitur formam imprimens et sigillans, et hoc oportet esse motivum et -um et acutum. caus. univ. 2,2,39 p. 132,82 formae nobilis animae -ae sunt formarum sensibilium et figurarum in materiam absque eo, quod aliquid conferant de materia vel substantia caelestis corporis vel animae nobilis.

impressus (inp-), -us *m.* *impressio – Abdruck:* CHART. Eichsf. 343 (c. 1250) ut hec rata . . . permaneant, sigilli nostri in-um domini ducis sigillo corroboravimus.

impretermisse *v.* impraetermissus.

impretiabilis (-eci-), -e. *qui pretio pendi non potest, inaestimabilis – unschätzbar:* THEOD. TREV. transl. Celsi 5 Egbertus archimandrita lampabilis, clarus quidem parentelae generositate, sed clarior totius probitatis -i dote. GERHOH. Sim. p. 247,2 est istud donum *(sc. Dei, i. spiritus sanctus)* tam -ciabile, ut hereticus . . . iudicetur, quisquis illud existimat precio . . . obtineri posse. ALBERT. M. eth. II 4,2,3 p. 299[a],6 dignitas virtutis -is est. CHRON. Erf. min. cont. I[b] p. 684,23 hec municio *(i. castrum Crack)* -ciabilis fuerat domus Hospitalis sancti Iohannis baptiste. *saepius.* *usu subst. neutr.:* ALBERT. M. sent. 3,29,8 p. 560[a],12sq. -e non debet poni sub pretio aliquo; virtus autem -e est. 4,16,34 p. 617[b],24 in simonia peccatum ideo est, quia -e ponitur sub pretio (*item* l. 29). pol. 2,10[h] p. 191[a],16.

***impretio** (inp-, -rae-, -cio), -avi, -atum, -are. **1** *pro pretio imputare – als Preis in Rechnung stellen:* LEX Alam. 62,1 quantum illi ad sacramentum inprae-verit (adpretiaverit *rec. B; sc. dominus caballi*), in caput tantum restituat fur. **2** *appretiare, taxare – einschätzen, bewerten:* OTTO BAMB. epist. 22 p. 1332[C] (chart.) ne . . . haec traditio unquam a successoribus nostris pro damnosa aut ab alia qualibet persona per invidiam . . . -ta pro iniqua . . . reputari valeat. **3** *pretio aequiperare – im Wert gleichsetzen:* VITA Agnet. 43 mihi cinxit collum decoravit et aures . . . atque margarita auri dedit *(sc. vir, i. Christus)* in-cianda talentis.

[impreto *v.* impetro.**]**

imprevaricabiliter *v.* impraevaricabilis.

***imprignatio** *v.* *impraegnatio.

imprimis (inp-, in primis) *adv.* **1** *de ordine i. q. praecipue, potissimum, maxime – vor allem, vor allen anderen, insbesondere, vornehmlich, hauptsächlich:* **a** *in univ.:* THEGAN. Ludow. 6 p. 182,11 ammonens eum *(filium)* in-s omnipotentem Deum diligere. POETA SAXO 5,431 ex quibus *(moenibus pulchris)* in-s merito laudatur Aquensis sedis mirifice condita basilica. WIDUK. gest. 2,36 p. 96,7 ipse . . . dominus rerum *(i.*

Otto I. rex) . . . in-s pietate erat clarus. FROUM. carm. 32,2 alloquor in-s, qui pater est reliquis, patrem Perngerum. BERTH. chron. B a. 1078 p. 318,3 quia iustum et dignum sibi *(sc. regi Heinrico)* visum sit apostolice sedis diffinitionem super hoc *(sc. iniuriam regis Ruodolfi)* in primis interpellare. *persaepe.* **b** *in exordio enumerationis i. q. primum – erstens:* TRAD. Frising. 2 (a. 748) si . . . quislibet . . . persona contra hanc donationem venire . . . voluerit, in-s iram Dei incurrat . . . et insuper una cum distringente fisco auri libras II . . . coactus exsolvat. POETA SAXO 5,71 in-s patriarcharum sacer ordo, deinde legifer et vatum missus . . . chorus est; necnon . . . imitabile . . . exemplar iusti . . . dabant. WALTHARIUS 263 in-s galeam regis tunicamque . . . diripe, bina dehinc . . . scrinia tolle; . . . inde *eqs.*; insuper *eqs.* DIPL. Arnulfi 3 p. 7,8 (interp.?) decernimus . . . in-s, ut *eqs.*; deinde *eqs.*; preterea *eqs.*; proinde *eqs.*; ad extremum *eqs. persaepe. de principe testium i. q. primo loco – an erster Stelle (cf. l.47; de re v. R. Sprandel: Das Kloster St. Gallen in der Verfassung des karolingischen Reiches. 1958. p. 112):* TRAD. Frising. 19 p. 48,12 (a. 763) haec sunt testes: in-s Ioseph episcopus et Arbeo archipresbiter; Riholf presbiter *eqs.* TRAD. Patav. 42 haec sunt testes: . . . in-s Madalgoz; Kaganhart *eqs. saepe. v. et l.50.* **2** *de tempore i. q. primo, initio – zuerst, zu Beginn:* TRAD. Ratisb. 2 (c. 765/88) haec traditio in-s facta est in eclesia sancti Petri in loco, qui dicitur Uuerid . . ., et deinde ad Reganesburc renovata. THEGAN. Ludow. 8 post patrem sedit in . . . palatio et in-s (primo *var. l.*) . . . iussit ostendere sibi omnes thesauros patris *eqs.* TRAD. Frising. 1259 placuit . . . commutationem facere . . .; in-s ego Vuolfstein XV iugera . . . episcopo . . . tradidi; econtra idem . . . antistes *eqs.* BERTH. chron. B a. 1079 p. 348,5 Saxones nimium creduli *(sc. legatis Heinrici)* facti expeditionem inceptam in primis domino suo dissuadebant; dehinc . . . diem . . . ad colloquendum sibi . . . constituunt . . .; demum vero *eqs. persaepe. primitus – zum ersten Mal: v. l.63.*

***imprimitus** (inp-, in p-s) *adv.* (*per contam. ex* imprimis *et* primitus) *script.:* in-matus: *l.46.* in-tis: *l.41.63.* in-tas: *l. 39.* in primetas: *l.43.* **1** *de ordine i. q. praecipue, potissimum, maxime – vor allem, vor allen anderen, insbesondere, vornehmlich:* **a** *in univ.:* FORM. Senon. I 27 illud in-as (in-s *p. corr.*), quod plurima sunt . . ., salutem in Domino optamus vobis (*sim.* 30 in-is [*item* 37. 49]). **b** *in exordio enumerationis i. q. primum – erstens:* FORM. Andec. 58 si quis . . . contra hanc epistola . . . venire . . . presumpserit, in primetas *(cod., -etus ed.)* Dei incurrat iudicium et sanctorum loca efficiatur extraneus, et i n s u p e r . . . conponat *(item in formula poenae:* TRAD. Weiss. 232 in-atus ira Dei incurrat. CHART. Fuld. B 39 i<n>-s [-s C]. DIPL. Merov. 183 [spur.]. *saepe). de principe testium i. q. primo loco – an erster Stelle (cf. l.16):* TRAD. Ratisb. 17 p. 22,6 (a. 820/21) sunt idem ipsi per omnia testes adtracti iuxta legem Bauuariorum: in-s (inprimis *cod. a. corr.*) Rumolt; Adalperht *eqs.* **2** *de tempore i. q. primo, initio – zuerst, zu Beginn:* VITA Wandr. 6 (MGMer. V p. 15,33) cupiebat in caenubio sub relegione habito conversare; in-s . . . in loco, qui cognominatur Monte Falcone, habitavit non multum tempore. RHYTHM. 90,3,1 clara luce in p-s, firmamentum in postmodum, maris terreque speciem tertio fixisti *(sc. Deus)* diem. CHART. Laus. (SchweizZGesch. 12. 1962. p. 362,25) ⌜dedi in p-s⌟ *(v. notam ed.)* Baldulfus de sua turba de res sancti Mauricii . . . ad partibus Armanno et ussore sua . . .; similiter dederunt . . . Armannus et ussor sua *eqs. (de concambio). primitus – zum ersten Mal:* PASS. Kil. I 6 venerunt *(sc. Kilianus eiusque comites)* . . . ad castellum, quod dicitur Wirziburc, ibique praedicantes in-s (in primis, -s, in-is, primitus *var. l.*) verbum Domini. *Antony*

imprimo (inp-, -remo), -pressi, -pressum, -ere. *compar. adv.* -esius: *p.1463,70* (*ni confunditur c.* inferius).

I *strictius i. q. (in)figere, premere, deprimere, premendo efficere, demergere – (dar)aufdrücken, -pressen, (ein)prägen, aufbringen, eindrücken:* **A** *proprie:* **1** *gener.:* **a** *de tactu (corporeo):* WOLFHARD. Waldb. 4,12 p. 334,18 ex qua, *(sicera)* dum -ssis labiis vasculo modicum ebibisset *(sc. ancilla) eqs.* RATHER. fragm. 1 (DtArch. 46. 1990. p. 59) ori manum *(cf. Vulg. prov. 30,32).* HROTSV. Sap. 7,2 in-e mihi *(sc. Karitati)*, mater, osculum et commenda iturum Christo spiritum. YSENGRIMUS 4,665 -itur pollex palmę redeunte petitum hospite, qui gratus non fuit ante datis *(de proverbio v. notam ed.). comprimere – zusammendrücken:* TRACT. de chirurg. 421 subtili flebotomo diaforesin facias et sic digitis -endo (exprimendo *var. l.*) totum pus proicias. **b** *de lineamentis variis (litteris: l. 9; sed cf. p.1463,19sqq.) in materiam quandam pangendis:* WALAHFR. Wett. 858 illi *(fratres)* continuo tabulae -ssere *(sc. dicta Wettini)* liquenti. ANON. geom. I 3,1 qua *(summitate altitudinis)* inspecta loco, in quo steterit mensor, nota -atur. THEOPH. sched. 3,50 p. 99,15 percute . . . partes auri tam tenues, ut vestigium ungulae possit ei leniter -i. *de foliorum lineis depingendis:* EPIST. var. II 26 p. 343,1 in volumine, quod scripturi estis, ita spaciose in-antur lineae . . ., ut *eqs.* **c** *de effigie sim. sculpanda i. q. excudere – schneiden, schlagen, prägen:* DIPL. Heinr. III. 234 in una superficie denariorum nostri nominis et imaginis impressionem, in altera . . . eiusdem civ<itatis figuram -i iu<ss>imus . . .>. THEOPH. sched. 3,75capit. de opere, quod sigillis -itur. *(in)sculpare – (ein)meißeln:* VITA Gunth. erem. 7 in quo *(lapide)* . . . quantitas membrorum ipsius veluti in molli strato quiescentis nunc usque apparet -ssa. **d** *de aratro i. q. immergere – (ein)senken:* CARM. var. I 22,3 qui *(vir)* dudum -sso terram vertebat aratro . . . et victum quaerebat in agro *eqs.* **e** *de iugo i. q. imponere – auferlegen (per compar.):* LIBER diurn. 84 p. 94,12 Dei . . . sublimitas hoc fieri . . . annuit et . . . concurrentium <in>stantiam tamquam iugum pię nobis dispensationis in-ssit. **f** *inniti – stemmen (auf):* WILLIB. Bonif. 9 p. 57,14 caballus pueri ex inproviso tantum pedibus terrae -ssis ruinae . . . casuram temptabatur. **2** *publ. de impressione signi (sc. in ceram mollem) vel de applicando sigillo:* **a** *in univ.:* DIPL. Zwent. 3 p. 21,22 firmavimus anulumque nostrum -ere iussimus. DIPL. Otton. I. 356 p. 489,35 manu propria roborantes anulum nostrum inferius -i iussimus *(item* 371 p. 510,11. *al.).* DIPL. Constantiae 64 p. 202,24 privilegium . . . bulla cerea sigillo nostro -ssa iussimus insigniri. *al. in imag.:* WALTH. SPIR. Christoph. I 15 destinatis ad scortum sigillum castitatis -ssit. **b** *expressius i. q. (sigillo) obsignare, sigillare – (be)siegeln (absol.: l.40):* DIPL. Loth. I. 120 p. 277, 34 magnitudinis nostrae anulo . . . subter -ere . . . iussimus. DIPL. Heinr. II. 8 p. 10,41 hoc . . . immunitatis insigne . . . firmavimus et sigillo nostro -i iussimus *(item* 25. 26. *al.).* CHART. Solod. I 225 sigillo ducis presens cartula -ssa est. *saepe. in imag.:* FUND. Hild. 1 p. 941,13 postquam . . . Saxoniam longo tandem mollitam bello fidei catholice -ssit *(sc. Karolus)* sigillo.

B *translate:* **1** *de actione infigendi, intimandi:* **a** *in univ.:* CONC. Merov. p. 197,28 ne per errorem paucorum vitium . . . mentibus supplicibus in-atur. THANGM. Bernw. 1 p. 758,26 quas *(lectiones)* . . . pueris . . . perfecte docebat et illorum scientiae in-bat. EPIST. Ratisb. app. 5 p. 376,11 ad destruendas illorum *(inimicorum)* versutias ita evidentes tractatę rei formas noticię vestrę *(sc. christianorum)* -ere volumus. *al. in lusu verborum:* GESTA Magd. 16 p. 396,33 cuius *(archiepiscopi)* epitaphium non lapide, sed . . . benigno animo -endum (inscribendum THIETM. chron. 6,75) *eqs.* **b** *de memoria:* CHART. archiep. Magd. 240 p. 301,42 ut m e m o r i a nostri . . . Deo famulantium cordibus arcius in-ssa permaneat *eqs.* (CHART. Brixin. 50 ut . . . posteritati nostre facti huius m. firmius -atur). *al. de animo memori cuiusdam personae:* TUTO opusc. 1,18 p. 51,31 ut iterata repetitione eius, cui dicitur, m e m o r i a e tenacius -atur *(sc. dictum;* CHART. Eichsf. 471 ad in-endum m. futurorum acta presencium *eqs.). al.* **c** *de materiei commotione (usu alch.):* **α** *afficere – einwirken (auf; absol.: l.65; ?medial. ['reagieren']: l.67):* PS. AVIC. epist. 7 p. 872,6sqq. invenimus . . . ea *(corpora liquefacta)* non -ere, sed fumum eorum . . .; argentum ignitum, cum submergitur in eo *(sc. fumo),* -itur. **β** *efficere – bewirken:* GEBER. summ. 72 p. 546 que *(medicina)* super . . . corpora proiecta alterationem -it, que non adducit complementum sufficiens *eqs.* **d** *refl. et medial. i. q. se inserere, accomodari – sich (ein)fügen, anpassen:* VOLQUIN. serm. 103 (StudMediaev. III/3. 1962. p. 325; s. XII.[1]) omne, quod extra formam est, deforme esse necesse est;

[Konstanciak]

redi ergo ad formam, -aris formae, ut conformeris. VITA Meing. 6 (MGScript. XV p. 558,34) soror *(sc. ferocis ducis)* totius se -bat formae probitatis. **2** *de actione exprimendi i. q. effingere, formare – ausdrücken, darstellen (de signis numerorum):* ABBO FLOR. calc. 3,68 quem modum multiplicandi ubique observare necesse est diligenter praecognito, quot *(sc. numeri)* -untur digitis, quot singulis articulis. **3** *de actione supprimendi i. q. opprimere, gravare – unter-, bedrücken:* CONC. Merov. p. 187,16 quod si quis auso temerario eos *(libertos)* in-ere voluerit aut *eqs.* EPIST. Mog. 18 p. 347,26 barbarorum . . . gentibus christianitatem ita in-entibus, ut *eqs.*

II *latius:* **A** *de actione scribendi, signandi sim. i. q. (de)signare – (be)zeichnen:* **a** *de signanda cruce:* EIGIL Sturm. 7 in Dei nomine signo c r u c i s C h r i s t i fronti -sso securus quiescebat (VITA Corb. I 27 p. 627,13 signum c. C. capite [capiti *var. l.*] in-ssit. *al.*). CONSUET. Marb. 8 signum . . . sanctę crucis . . . sibi -at *(sc. frater)*. 17. FRID. II. IMP. epist. C 11 p. 430,18 invocato divino auxilio et -sso signaculo sanctae crucis irruimus super hostes. **b** *de scribendis litteris i. q. charaxare, conscribere – (nieder)schreiben:* HRABAN. epist. 5 p. 389,33 commodum duxi eminus e latere primas nominum litteras in-ere *(de fonte v. notam ed.)*. CHART. Advoc. 115 p. 60, 12 ut, quidquid perhennare volumus, scripto cum testibus in-amus (*sim.* 128). FUND. Heinrichow. app. p. 132,30 quarum . . . villarum nomina . . . episcopus . . . privilegio . . . in-ssit scribendo. **c** *de addenda signatura i. q. subscribere – unterzeichnen (c. notione fatendi per instrumentum ['beurkunden']):* LEG. Wisig. 2,5,12 p. 112^{b},24 auctor, qui suscribere debuit, signum in-ssit. p. 113,10 nulla sit fraus in-ssa, sed secundum voluntatem ipsius conditoris habeatur conscripta. *de signo subscriptionis i. q. ascribere – eintragen, hinzufügen:* LEG. Wisig. 2,1,1 p. 46,3 his *(legibus)* confirmationem . . . serenitatis nostre renotatione in-ssimus. CHART. Sangall. A 397 (a. 838/45) acta traditio . . . istis presentibus, quorum signa subter in-ssimus. DIPL. Arnulfi 83 ut hec auctoritas . . . observetur, ipsi manu nostra supter notam -ssimus, insuper etiam sigillo bullę nostrae iussimus assigniri. DIPL. Otton. I. 459 p. 626,5 (spur. s. XIII.) signum manus Guinisii, qui . . . confirmavit hanc cartam et signum crucis -ssit. *al.*

B *de actione imponendi, addendi i. q. indere, inserere – einfügen, einsetzen, einführen:* **1** *in univ.:* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 475,17 anuli pala pars est illa, qua prae latitudine sui sigillum solet in-i vel sigilli gemma seu lapis inseri vel indi. PETR. DAM. epist. 82 p. 446,10 clavem -ens . . . obseravi *(sc. archivum)*. *refercire – einfüllen:* MAPPAE CLAVIC. 254 si panno vel lintheo candidae vestis -ssa (*sc. arena; Pallad. 1,10* inspersa) et excussa nichil maculae relinquet . . ., egregia est. **2** *collocare, (terrae) deplantare – aufrichten, (in die Erde) stecken, einpflanzen (in imag.: l. 53):* VITA Bonif. II 11 p. 103,18 ut in omnibus locis, in quibus contigit . . . noctare, signa crucis -rent *(sc. corpus Bonifatii in translatione comitantes)*. SUMMA dict. Saxon. 11,63 p. 312,35 vinitor Iesus Christus . . . novos quosdam palmites . . . dignatus est in-ere terre sue. **3** *de pugione i. q. infigere – hineinstechen:* PETR. DAM. epist. 107 p. 186,11 si pro hac . . . epistola mori debeo, tendo cervicem, -te *(sc. quibus epistola missa est)* pugionem.

C *de actione contundendi i. q. molere, frangere – zermahlen, zerstoßen, schroten:* REGISTR. abb. Werd. 3,51 (s. XII.) Lihtuuard XVI mo<ldra> -ssi bracii et III siliginis *(sc. debet)*. *cf.* impressio.

adi. **impressus,** -a, -um. *?deductus, substrictus – ?eingezogen, dünn:* ALBERT. M. animal. 1,469 ventrem . . . molliorem atque -iorem virtutem animi et magnificentiam dicit Loxus significare.

adv. **impresse.** *acriter, graviter – nachdrücklich, wuchtig:* **1** *proprie:* GISLEB. ELNON. inc. 2,28 gemitum danti dat *(sc. demens quidam)* cuspidis ictum, tam magis -e, quam pressum se vidit esse. **2** *translate et in imag.:* **a** *in univ.:* DIPL. Heinr. III. 346 p. 474,11 quod, ut verius credatur . . ., sigillo nostro -esius *(pro* inferius *ci. ed.)* iussimus insigniri. INNOC. III. registr. 1,343 p. 513,18 exilium tuum *(sc. episcopi)*, terre sancte detentionem et paganorum barbariem . . . mentibus omnium . . . -ius sigillabit. **b** *arte – eindrücklich, innig (in lusu verborum):* GERHOH. glor. 19,7 p. 1147^{B} quanto . . . expressius, imo -ius, homo in Deum assumptus manet in Deo *eqs.*

***imprivatio** (inp-, -cio), -onis *f.* (in *et* privatio) *detractio, sublatio – Entzug, Aufhebung:* CHART. Ypolit. 78 p. 107,23 (a. 1266) Trunarium . . . in-cione dicte gracie seu alia pena canonica . . . puniemus *(sc. episcopus)*.

improbabilis (inp-), -e. **1** *condemnabilis, refutabilis, repudiosus – mißbilligenswert, verwerflich:* CARM. Cantabr. A 12,1^{b},5 ipse *(Deus)* multos . . . veteres . . . per sophie devia iusserat ire ⌞-is, errore parare nobis viam⌟ (ut probabili errore rectam pararet viam [ed. M. Pörnbacher, MittellatJb. 28,2. 1993. p. 11]; ut probabilis error rectam pararet viam *var. l.; quae lectio recta vid.*). BENZO ad Heinr. IV. 3,25 p. 338,16 confestim extinguetur . . . in-e iurgium. **2** *non probabilis, inverisimilis, irrationabilis – unwahrscheinlich, unvernünftig (usu subst.: l. 24):* ALBERT. M. phys. 8,2,6 p. 602,2 'est irrationabile' . . ., quod 'motivum' secundum locum vel secundum . . . motum sit 'mobile', et hoc est -e etiam secundum opinionem. miner. 4,1,6 p. 90^{b},14 non -e, quin sulphur illius aeris sit mixtum. anim. 3,3,8 p. 219,27 utrumque horum *(sc. argumentorum)* est -e. animal. 9,111 non est -e, quin totum vel maior pars spermatis virilis convertatur in spiritum. elench. 1,5,3 p. 620^{b},16 est *(sc. elenchus)* ex falsis vel ad minus -bus, quia ille peccat contra dialecticum, qui ex probabilibus procedit.

adv. **improbabiliter.** *improbe, inique, prave – unbilliger-, unberechtigter-, verkehrterweise (in figura rhet. litotes q. d.: l. 35):* AGIUS vita Hath. 1 quod *(sc. Hathumodae vitam describere)* nos non -r facturos speramus, quia et vitam eius magna . . . ex parte noveramus *eqs.* RUP. TUIT. dial. 2,214 Melchisedech, rex Salem, qui non -r existimatur fuisse Sem filius eiusdem Noe. ANNAL. Wirz. a. 1147 p. 3,47 omnes ad locum, ubi steterunt pedes Iesu Christi, properant, signo crucis vestimenta non -r, sed presumptuose signant *eqs.* CONST. Melf. 1,86 nostrarum rerum fiscalium curam . . . non -r (adimprobabiliter, etiam probabiliter *var. l.*) vidimus collocandam *eqs.*

***improbanter** (-bra-) *adv.* *improbe, inique – unbilliger-, unberechtigterweise:* LAMB. ARD. hist. prol. p. 557,39 quibus licet -ranter opponentibus et indignantibus . . . et nobis . . . immurmurantibus . . . respondemus: *'eqs.'*

improbatio, -onis *f.* *fuscatio, recusatio, reiectio – Missbilligung, Ablehnung, Verwerfung:* **1** *gener.:* EPIST. Aldh. 2 p. 496,18 ne . . . aemulorum cunei crispanti optatae -is cachinno tripudiantes congratulentur. HIST. Mosom. 2,3 p. 163,8 vitae degeneris et contumeliosae -is elogium. **2** *philos. i. q. refutatio, repulsio, infirmatio – Zurückweisung, Widerlegung, Entkräftung:* ALBERT. M. phys. 1,2,8 capit. p. XIX de destructione sive -e positionis Parmenidis. metaph. 4,4,3 capit. p. XXVIII de -e opinionum Anaxagorae et Heracliti. 11,3,4 capit. p. XLIII de -e erroris Avicennae. 11,3,6 capit. p. XLIV de -e eorum, qui dicebant *eqs.* elench. 2,3,2$^{capit.}$ de -e falsae solutionis *eqs. ibid. al.* **3** *publ. et iur. i. q. convicium, crimen – Vorwurf, Beschuldigung:* DIPL. Frid. I. 955 p. 227,30 si quis . . . in civitate . . . per annum et diem nullo impetente permanserit et si quis postea libertati eius obviare voluerit, actori silentio -is imposito liceat ei . . . libertatem suam probare.

improbator, -oris *m.* *detrectator, reprehensor – Kritiker, Tadler:* RATHER. phren. 9,249 noverit . . . eorum *(sc. libellorum)* tam -r quam factor, neglector quam lector, nullos . . . invenire . . . se posse calamitosis utiliores episcopis libellos.

improbe *v.* improbus.

improbitas (inp-, -ovi-), -atis *f.* *usu plur.: l. 72. p. 1465,20.* **1** *perfidia, malitia, iniuria, hostilitas – Unredlichkeit, Schlechtigkeit, Unrecht, Unbill:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* CONC. Karol. A 50^{D},25 propter eorum *(archidiaconorum)* avaritiam et m o r u m in-em multi scandalizantur (ORTL. chron. 1,19 p. 82,10 propter . . . gentis . . . m. -em. *al.*). WALAHFR. carm. 38,67 aemula pauperies dum grandia facta vetaret in-e sua. OTLOH. prov. B 27 bonus non est, quem malorum -s non probavit. HEINR. AUGUST. planct. 2029 qui *(mites)* vincunt in-es. METELL. Quir. 10^{a},20 cunctis opem prebens *(sc.*

martyr sepultus) salutis qualibet -e captis. *al. expressius i. q. violentia – Gewalt(tätigkeit):* METELL. exp. Hieros. 1,60 virginibus sacris . . . instant *(sc. Graeci)* cruciandis . . . libidinis -e. **β** *duritia – Härte:* VITA Heinr. IV. 13 p. 42,32 homines et equi exhausti tam alimentorum penuria quam laboris -e *(cf. l. 16).* **b** *publ. et iur.:* LEG. Wisig. 12,2,2 non inprov-is (in-is *var. l.*) contentione litem statuat *(sc. perfidus)* adversantis. CONC. Karol. A 34,17 ut, quos sacerdotalis ammonitio non flectit ad iusticiam, regalis potestas ab in-e (inprov-e *var. l.*) coerceat. DIPL. Loth. II. 21 quod res . . . episcopatus . . . quorumdam hominum olim usurpasset -s. CHART. Port. 115 ne . . . huius facti evidentiam alicuius . . . -s audeat infirmare. CHART. Raitenh. 194 ut . . . contractus nullius successoris . . . in-e possit in irritum revocari *eqs. al.* **2** *pertinacia, in-, constantia, conatus – Hartnäckigkeit, Beharrlichkeit, das Andauern, Drängen (de laboris -e cf. Verg. georg. 1,145sq.):* EINH. Marc. et Petr. I 2,1 p. 246,20 victus . . . est *(sc. Hildoinus)* sedulitate precum mearum cessitque in-i meae, qui se . . . nullius iussioni . . . cessurum pronuntiaverat. MIRAC. Bert. 7 p. 513,11 quod . . . oratores . . . in-bus orationum aures Dei ad clementiam inclinabant. EGBERT. fec. rat. 1,1672 tollitur in-s in magno magna labore *(sc. noctuae; v. notam ed.).* EKKEH. IV. pict. Mog. 730 vociferans mulier Chananea nimis pia mater propitium natę Dominum facit -e *(spectat ad Vulg. Matth. 15,22sqq.). al.*

improbiter *v.* improbus.

improbo (inp-), -avi, -atum, -are. *c. dat.: l. 41. damnare, aspernari, reicere, repudiare – missbilligen, ablehnen, zurückweisen, nicht anerkennen, verwerfen:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* WALTH. SPIR. Christoph. I 2 quod . . . hunc de terra Chananea oriundum narrat historia, ratio non -are videtur. THANGM. Bernw. 36 p. 774,37 animositas archiepiscopi palam ab omnibus . . . episcopis -ta (-atur 2), temeritas praesumptionis illius carpitur. WOLFHER. Godeh. II prol. p. 198,10 in quo *(patre et doctore)* est et approbandi pericia et -andi potentia *eqs.* BERTH. chron. B a. 1078 p. 319,14 quod . . . tota . . . causa . . . ab omnibus aut iustificaretur aut -retur. *al.* **b** *castigare, increpitare – schelten, tadeln:* CONC. Karol. A 50D,77 p. 674, 10 veritas manifestum faciat, utrum magis audiendi an in-andi simus. **c** *repugnare – Widerstand leisten:* NARR. de rel. Scafhus. 16 libet ad quosdam . . . verba vertere, qui dispositioni superne moliuntur -are. **2** *philos. et theol.:* ALFAN. premn. phys. prol. 14 quia . . . et abicienda et recipienda non sine rata ratione deligentur atque -buntur *eqs.* OTTO FRISING. chron. 7,7 p. 317,22 constat universitatem Sarracenorum . . . Christum . . . et apostolos . . . non -are. HUGO HONAUG. hom. 4,15capit. probat *(sc. capitulum)* per Hylarii dicta de causis in-andi omoysion (*sim.* 4,16capit.). *ibid. iterum.* ALBERT. M. metaph. 11,3,1 p. 535,35 sententiam de excentricis et epicyclicis nec approbamus nec -amus. **3** *publ., iur., canon.:* **a** *in univ.:* CONC. Karol. A 50D,69 p. 669,13 malorum patratores, quos et lex divina -at et condempnat *eqs.* LAMB. HERSF. annal. a. 1073 p. 143,25 in eo res vertebatur, ut Turingi -ta sinodo sedem apostolicam appellarent. **b** *impugnare, abolere, infirmare – anfechten, abschaffen, außer Kraft setzen:* CHART. Rhen. med. I 65 p. 73,41 (a. 838) si quis . . . infringere aut aliqua occasione -are temptaverit *(sc. concambium) eqs.*

improbus (inp-), -a, -um. **I** *adi.:* **A** *strictius i. q. malignus, inhonestus, probrosus, perversus – böse, schimpflich, schändlich, ruchlos, schlimm, verkehrt:* **1** *de hominibus (de deo: l. 65):* **a** *in univ.:* DIPL. Loth. I. 51 p. 148,19 propter -orum hominum fraudes et infestationes. RUOTG. Brun. 36 p. 38,2 nec defuit . . . severa in -os et inportunos cives regni censura iudicii. METELL. exp. Hieros. 4,442 quos *(sc. peregrinos)* pestis famis angit et -us hostis. CARM. Bur. 115,1,5 (ed. Vollmann) Amor -us omnia superat *(v. notam ed.). al. adde:* AMARC. serm. 2,308 g e n s *(sc. Iudaeorum)* -a, gens peritura, littera te perimit (CARM. de Frid. I. imp. 1459 captivis duras auxit g. -a penas). **b** *iniquus, perfidus, iniustus – unredlich, ungerecht:* HROTSV. Bas. 240 Basilius . . .: 'in-e fur *(i. daemon)*, regis facturam redde perennis *eqs.*' DIPL. Heinr. II. 25 p. 28,38 advocatos . . . constituant *(sc. fratres)* aut, si -i fuerint, . . . alios . . . deponant. **c** *intestabilis, iuribus privatus – ehrlos, rechtlos:* CONC. Karol. A 21,7 p. 192,21 qui *(filii)* de . . . incesto coniugio nati fuerint, -i habeantur nullamque rerum adipisci valeant parentum facultatem. **2** *de rebus (incorpor.):* **a** *in univ.:* FORM. Senon. II add. 4,5 incredulas dicit *(sc. falsator)* loquellas et in-as. EUPOLEMIUS 2,368 pars hostica, marcida torpet in-a, nostra micat. *?vitiosus, falsus – ?fehlerhaft, unzutreffend, falsch:* RUOTG. Brun. 6 non . . . examen -um in illa castigavit trutina *(sc. doctrinae).* **b** *indignus, incommodus, molestus – unwürdig, unpassend, lästig:* PAUL. DIAC. carm. 9,25 plura loqui . . . brevitas *(sc. epitaphii)* vetat in-a linguam. WALAHFR. Blaithm. 106 est Deus adiutor . . ., timor -us absit *(specat ad Vulg. psalm. 117,6).* CARM. Bur. 135,1,4 torpor et -a segnities. **3** *de animalibus:* **a** *atrox, fastidiosus – furchtbar, grässlich, widerwärtig:* CAND. FULD. Eigil. II 12,8 -us atque minax . . . monoceros iam cessavit terrere fugaces *(cf. Sol. 52,39).* CARM. var. III A 1,20 ut canis ad veteres vel sus trahor -a sordes *(spectat ad Vulg. prov. 26,11 [cf. II Petr. 2,22]).* **b** *edax, vorax – gefräßig:* CARM. de philom. 19 caccabat . . . perdix et graccitat -us anser. **B** *latius i. q. pertinax, assiduus, perseverans, sedulus – hartnäckig, beharrlich, beständig, anhaltend, emsig:* **a** *in univ.:* EKKEH. IV. bened. I 16,123 clamans terque quater Dominum gravat -a mater *(spectat ad Vulg. Matth. 15,22sqq.).* AMARC. serm. 2,442 que *(sc. avis)* . . . unguibus in-a curvis conculcat micas. CHART. Heinr. Leon. 47 p. 67,10 considerans . . ., quod labor -us omnia vincit *eqs. (ex Verg. georg. 1,145sq.).* **b** *gravis, amplus – heftig, ausgeprägt:* POETA SAXO 1,85 valde premebat -a Romanos huius *(sc. Longobardorum)* violentia gentis. METELL. exp. Hieros. 4,402 ut . . . valeant *(sc. gnari)* rem nosse futuram, preteritis ventura docet quos -a cura. *spectat ad motum serpentis i. q. promicans – heftig zuckend, schnell (sich bewegend):* EUPOLEMIUS 2,687 saliit manus, ut . . . iacto saxo divise cauda colubre in-a sepe micat. **c** *incuriosus, dissolutus – unbekümmert, 'locker':* ADAM gest. 3,59 p. 205,18 pro cuius *(ecclesiae)* exaltatione tam in amitu curiae quam in profusione pecuniae videbatur *archiepiscopus* -ior (improbrior *A 1*), non fuit ociosus.

II *subst. masc. i. q. malus, sacrilegus, scelestus – Bösewicht, Verbrecher, Schurke:* LEG. Wisig. 2,5,8 pravis . . . moribus in-orum iustitie . . . est sententiis obviandum. *al.* LEX Baiuv. prol. p. 203,2 factae sunt . . . leges, ut . . . in . . . in-is (inpiis *Isid.*) formidato supplicio refrenetur nocendi facultas *(ex Isid. orig. 5,20).* RIMB. Anscar. 20 p. 44,12 -orum perversitas. RUOTG. Brun. 30 p. 31,16 contra -os et elatos nemo vehementior fuit. OTLOH. prov. I 57 -i et duri . . . sunt graviter corripiendi. VITA Heinr. IV. p. 18,29 quid, -e *(i. Rŏdolfus)*, tibi profuit . . . cedes fugientis vulgi? *al. remissius i. q. furunculus – Spitzbube, Schelm:* AMARC. serm. 4,224 alvum cur, -e *(i. coquus)*, rumpere queris?

adv. **1. improbe.** *maligne, flagitiose, impie, perverse – böse, schändlich, verrucht, verkehrt:* **1** *in univ.:* WETT. Gall. 4 Deus . . ., fac generationem istam in inproperium, ut, quae in-e excogitant *(sc. homines generationis)* servis tuis *eqs.* HRABAN. carm. 16,23 frater iniquus . . . nudum patrem *(i. Noah)* in-e risit (*spectat ad Vulg. gen. 9,22; sim.* 37,49). **2** *iniuriose – unrechtmäßig, zu Unrecht:* LAMB. HERSF. annal. a. 1063 p. 84,20 auxit ipse *(abbas)* invidiam *(sc. fratrum)* . . . predia aecclesiae militibus -e erogando.

2. *improbiter. *acriter, impetuose – heftig, ungestüm:* ARNOLD. RATISB. Emm. 2 p. 1065A unus astantium . . . cucurrit ad ecclesiam et . . . -r pulsavit ianuam.

***improcessibilis,** -e. (in- *et* *processibilis) *qui procedere non potest, ad procedendum non aptus – außerstande hervorzugehen (usu theol.):* ALBERT. M. sent. 1,13,9 p. 383b,36 sicut Pater est innascibilis, ita etiam est -is. p. 383b,41 sicut ingenitum esse . . . convenit Patri et Spiritui sancto, ita -em esse convenit Patri et Filio. 1,28,2 p. 57a,1 per hoc, quod dicitur Pater ingenitus, non intelligitur -is vel alio modo non ens ab alio. *ibid. iterum.* summ. theol. I 9,39,1 p. 290,46 videtur, quod potius deberet ei *(Patri)* attribui -em esse *eqs.*

***improcessibilitas,** -atis *f. impossibilitas procedendi – Unmöglichkeit hervorzugehen:* ALBERT. M. sent. 1,13,9 p. 384b,32 innascibilitas est notio, quae includit in se -em ut par-

tem sui. p. 384b,46sqq. ingeneratio sive innascibilitas est superius ad -em et sic in innascibilitate intelligitur -s.

***improclamatus** (inp-), -a, -um. (*cf.* proclamare) *exactionibus, postulationibus carens – frei von Ansprüchen, Forderungen:* CHART. Rhen. inf. I 248 p. 160,25 (a. 1094) prędia et ... mancipia ... comparavit *(sc. abbas)* libera ab omni iure advocati et in-a a familia ecclesię nostre.

***improcuratus** (inp-), -a, -um. *procuratione carens – unvorbereitet:* CHART. Mog. A I 576 p. 493,33 (a. 1131) ego Adalbertus presbyter ... Deum ..., ne me in-um relinqueret, sum deprecatus.

improficuus (inp-), -a, -um. *non proficuus, non conducibilis – nicht nützlich, nicht zuträglich:* VITA Adalb. Prag. A 9 erat ... cunctis diebus ... pie ac fideliter serviens Domino, sed multo tempore in-o (proinficuo *a. corr. Ls*) labore christianitatis normam exercens in populo. GESTA Camer. 1,106 p. 445,42 etsi sit aliquis huic electioni non consentaneus, licet occultus, hic in se tulit sententiam ..., quod omnino inutilis velit esse et in-us.

improhibitus (inp-), -a, -um. *expeditus, non reclamatus – ungehindert, frei von Einspruch:* ANSELM. HAV. dial. 2,13 p. 1183A agens qaecunque Deus *(sc. est spiritus sanctus)*, partitus ... in linguis igneis, ... immensus, -us, incoinquinabilis *eqs.* CHART. Landeshut. 100 predium ... ab omnium hominum contradictione liberum et in-um comperaverunt *(sc. sanctimoniales).*

impromptu *v.* promptus, -us.

impromutuo (inp-), -avi, -are. *promutuum dare – vorstrecken, leihen (absol.: l.33):* LEG. Wisig. suppl. 2,14 p. 471, 13 habeat *(sc. donator)* ... testes ... testantes, quod illum *(sc. donum)* non in-verit, sed donaverit. suppl. 2,16 p. 471,26 si aliquid remanserit de peculio ipsius *(servi)*, interpellet ille, qui illi in-vit; et serbum non tangat, sed sit domini sui.

***improperanter** *adv.* (in *et* properanter) *c. subst. propere – eilig, rasch:* GREG. CAT. chron. II p. 120,13 distributor largifluus *(sc. erat abbas Berardus)*; inconsiderate nanque et -r dator assiduus.

improperatio (inp-), -onis *f.* *improperium, convicium, contumelia – Schimpf, Tadel, Schmach, Kränkung:* AGOB. 13,74 avertatur ... illa dura et inrevocabilis -o, quę in neglegentes redundatura est. TRANSL. Tib. 2 (MGScript. XV p. 393,36) omnem humanitatis exibitionem ab eodem abbate *(sc. Einhardo)* sine ulla in-e suscepit *diaconus*. EPIST. Worm. I 34 p. 63,24 metuenda est illa ... preiudicialis -o ... 'serve nequam' *(spectat ad Vulg. Matth. 18,32).* ALBERT. M. sent. 3,26,4 p. 499b,10 'gratia' dicitur hic liberalitas dantis maxima et affluenter et sine -e.

***improperativus,** -a, -um. *improperium efficiens, contumeliosus – schmachvoll, kränkend:* CONR. MUR. summ. p. 163,3 sunt verba ... insulta vel insultativa, -a, interdictiva, inhibitoria seu inhibitiva *eqs.*

***improperiosum,** -i *n.* *quod flagitiosum, turpe est – Schimpfliches, Schmachvolles:* THEOD. AMORB. Mart. 15 p. 432,1 custodes bestiales ... -a et amara plurima ingerentes contra eum *eqs.*

improperium (inp-), -i *n.* *decl. I.: l.59.* *in figura etym.: l. 72.* **1** *opprobrium, convicium, contumelia – Vorwurf, Schelte, Tadel:* **a** *in univ.:* CHRON. Fred. 4,68 p. 154,28 Sicharius ... verba in-ae ... et menas adversus Samonem loquitur. RUD. FULD. Leob. 12 p. 127,38 in-a inproperantium tibi *(sc. Deo)* ceciderunt super nos *(sc. sanctimoniales).* WALTH. SPIR. Christoph. I 2 huic ... -o *(sc. esse canem latrare non valentem; cf. Vulg. Is. 56,11)* hic ... videtur extraneus. OTLOH. Dion. 9 haec et hiis similia -a ebulliebant *(sc. vicini).* ALBERT. M. sent. 3,37,9 p. 702b,1sqq. licet vox -i puniatur gehenna, tamen differentiae sunt in poenis illis ..., quia maior adhuc in gehenna poena debetur homicidio quam -o. *al.* **b** *insultatio, irrisio – Verhöhnung, Verspottung:* ARBEO Emm. 15 p. 47,11 cum ... princeps ... multis iniuriosissimis ... verbis in faciem illius iacularet et in-is sine numero *eqs.* RIMB. Anscar. 7 p. 27, 31 multi ... eum ... -is lacessire ... conabantur (*sim.* 19 p. 41, 7). HEINR. LETT. chron. 14,10 p. 82,23 de -o conticuerunt Estones, quod Lyvonibus et Lettis prius de martyrio suorum inproperaverunt. *al.* *adde:* GODESC. SAXO gramm. 1 p. 409,11 'ludibrium' ... est ignominia, contumelia, -um, obprobrium, inrisio. **2** *flagitium, ignominia, infamia – Schmach, Schande:* **a** *gener.:* IONAS BOB. Columb. 2,22 p. 279,4 divina pietas ... voluit in-a (inpropria, inpropriam *var. l.*) consentientis depromere. CONST. imp. I 78 p. 130,13 ad infamiam et -um (imperium *var. l.*) regni ita expoliati sumus *(sc. rex)*, ut *eqs.* (COD. Wang. Trident. 177 p. 914,35 a. i. e. in-um). CHART. Rhen. med. I 501 p. 555,6 abbas ... fratres ... a contemptu et -o ... liberare decrevit. *al. v. et l.38.p.1466,51.* **b** *theol.:* **α** *in univ.:* HARIULF. chron. 4,36 p. 282,1 ut ... noverint ... contemptores ... et desertores aeterno -o *(ed.;* imperio *cod. autogr.)* subiacere. **β** *de -o Christi ('Schmach Christi'; spectat ad Vulg. Hebr. 13,13):* AGOB. 18,22 l. 32 Moyses maiores divitias estimavit thesauro Egyptiorum -um Christi. ECBASIS capt. 851 flevi *(sc. philomena)* -a Christi. FROWIN. explan. 7,3 l. 853 quid ... dicam de contumeliis, -is et opprobriis Christi *eqs.?* *adde:* PAULIN. AQUIL. c. Fel. 3,6 l. 28 si voluntatis tuae *(sc. Christi)* in-um passionis non fuit quantotius suscipere, cur *eqs.* RIMB. Anscar. 29 p. 60,6 Christus in servo suo ... denuo sustinuit -a.

impropero (inp-), -avi, -atum, -are. *fere c. dat. (c. acc.: l.68; usu absol.: l.48.50).* *pass. impers.: l.36sqq.* *partic. praes. usu adi.: l.65; subst.: p.1467,60.*

inaccessus, -a, -um. *confunditur c.* inaccensus: *l.59.* *qui ad-, transiri nequit, invius, remotus – unzugänglich, unpassierbar, unwegsam, unerreichbar, abgelegen:* **1** *proprie:* **a** *de locis:* POETA SAXO 5,398 portus positis stationibus omnes fecit -os hostibus. ANON. geom. I 3,3 si quid eminens inaccessibile (-um *var. l.*) fuerit aestimandum cum horoscopo. LAMB. LEOD. Matth. I 2512 unus amicorum miserum revocare natatu nisus -a subit excribratque fluenta. ALBERT. M. veget. 6,11 hoc *(sc. aloes)* lignum in montibus -is Indiae nasci. *al. v. et l.42.* *adde:* HEINR. AUGUST. planct. 783 nullus -us foris est locus *(sc. faciei)* undique tactus. **b** *de populis:* ADAM gest. 1,3 p. 6,16 gens *(sc. Saxonum)* . . . in occeani littore habitat, inviis -a paludibus. 4,18 p. 246,13 homines . . . -i (in accessu *var. l.*) paludibus. *ibid. al.* **2** *translate de Deo, luce divina sim.:* GODESC. AQUENS. sequ. 11,3[a],3 hodie formae pandit *(sc. Christus)* divinae lucem -am per lucem theophanicam. VITA Serv. 8 p. 29,1 ut homo Hebreus *(sc. Iohannes)* . . . tam -o (inaccenso *var. l.*) splendore thematis tamque dulcedine verborum incomparabili evangelium . . . conscripserit. AMARC. serm. 1,323 rogo, quos adeo iactantia frivola tollit, ut quid -o Genitum Patre non imitari nituntur miseri.

inaccusabilis, -e. *non culpandus, non obiurgandus – nicht zu beschuldigen(d), schelten(d), untadelig:* ALBERT. M. eth. II 9,1,2 p. 562[a],26 in quibus *(hominibus)* . . . communicatio amicitiae non fit propter confessionem . . . firmatam ad utile . . ., sed propter se ipsos se ad invicem amant, sunt veri amici . . ., quoniam isti -es (*p. 1164[a],35* ἀνέγκλητοι) sunt.

inaccuso, -are. *accusare – beschuldigen, anklagen:* VITA Chrod. 30 p. 571,42 singuli *(sc. comites archidiaconi)* cordium suorum secreta rimantes inveniunt quidem, quod reprehendant,

set, quo ira tanta et offensa sanctorum acciderit, nullus conscientia -atur.

inacesco, -ere. **1** *proprie i. q. acidum fieri – sauer werden:* GLOSS. med. p. 46,21 cuius poma ... stomaco utilia ...; quodsi alius cibus non supervenit, -unt (*cf. Plin. nat. 23,135* intumescunt). **2** *translate i. q. ingravescere, exacerbari – schlimmer, heftiger werden:* GESTA Halb. p. 109,11 (vs.) vis mala crescit, vis -it facta puellis.

[**inacratio** *v.* in *et* laxatio: ARS med. 7 p. 427,26 stafiloma dicitur eminentia interiorum tunicarum, quae intra ceratoiden sunt, ex ruptione (exruptionem *G*) vel ‹in -e› (*ci.,* inacracione *H*, inacracionem *G* [*fort. corrupt. ex* ill-e(m)]) partium earundem (*cf. Cels. 7,7,11* sive ruptis intus membranis aliquibus sive laxatis).]

***inactus,** -a, -um. **1** *de rebus i. q. non effectus, non perpetratus, infectus – unerledigt, unverrichtet, unverwirklicht, nicht zustande gebracht:* GEBEH. AUGUST. Udalr. 3 p. 257, 31 sic importunus properavit ad singula, velut sui negligentia -a essent omnia. DONIZO Mathild. 2,657 regis pactum comitissa reliquit -um. EKKEH. URAUG. chron. a. 1119 p. 342,27 (ed. Schmale) -a inter se *(sc. apostolicum)* et regem concordia. HELM. chron. 81 p. 154,2 timentes *(sc. columnae regni)* ..., ne ... rebus -is frustra laborassent *eqs. al.* *de argumento narrationis i. q. non tractatus – unbehandelt, unbearbeitet:* REGINO chron. a. 892 p. 139,25 ne haec *(sc. res gestae)* per omnia -a (intacta *var. l.*) preterisse culpemur *eqs.* **2** *de hominibus i. q. propositum non assecutus, vanus – das Ziel nicht erreicht habend, erfolglos:* CHRON. Andag. 25 p. 70,9 spretus ... ab ea *(uxore)* et -us (vi actus *var. l.*) ab Italia Lotharingiam rediit *dux*. HELM. chron. 109 p. 215,3 cum ... rennueret rex et nuntii redissent -i *eqs.* ANNAL. Magd. a. 1179 oppidum Haldesleve obsederunt *archiepiscopi;* ubi discordia inter eos orta ab obsidione -i redierunt. CHRON. Sigeb. cont. a. 1147 (MG Script. VI p. 444,17) Ludovicus ... Iherusalem ivit cum magno quidem comitatu, sed -us rediit. *al.*

adv. ***inacte.** *rebus non effectis, incassum – unverrichteter Dinge, ohne Erfolg:* CHRON. Wirz. (MGScript. VI p. 31, 13; s. XI.med.) milites ... pacifice, quamvis -e, ad propria ... redierunt. BERNOLD. CONST. chron. a. 1081 p. 427,11 ad invadendam Romam ... profectus est, sed -e reversus est *Heinricus.* VITA Serv. 6 p. 25,9 quod *(sc. praeconia laudis sollemnizari)*, quia -e immatura morte augustus obiit, ... filiis ... peragendum reliquit. CHRON. reg. cont. IV a. 1225 p. 255,9 cum ... contractus displicuisset principibus, ... nuncii -e revertuntur. *al.*

inadibilis, -e. *inaccessibilis – unzugänglich, unerreichbar:* LIBER. Theodolae 284 est *paradisus* ... terribilis, inenarrabilis ..., -es eius longe lateque fines *(sim.* HONOR. AUGUST. imag. 1,8 locus ... -is hominibus; *cf. Isid. orig. 14,3,3).* 358 Miroe civitate robusta -is est. 362 habens *Syria* sexaginta civitates, ... -es omnes.

***inaditus,** -a, -um. *de luce divina sim. i. q. inaccessibilis – unzugänglich, unerreichbar:* ALBERT. M. div. nom. 4,181 p. 266,19 si silentium divinae bonitatis est -um, non potest adiri (*sim.* p. 267,18 lumen divinae bonitatis est ... -um nobis; *per contam. c.* adytum [*cf.* 4,181 p. 268,14 est *lumen* in abditis, id est in occultis divinitatis, vel 'in aditis' (*PG 3,724*^{B} ἐν ἀδύτοις), id est quae adiri non possunt]).

inadiutus, -a, -um. *non adiutus, auxilio carens – nicht unterstützt, der Hilfe, des Beistands entbehrend:* NOTKER. BALB. gest. 2,8 p. 62,21 -os et vacuos *(sc. Persas)* dimiserunt *primores*. ALBERT. M. div. nom. 8,20 p. 375,52 'si aliquis' pugnare ... 'conetur' pro Deo, quod Deus non 'dimittat' ipsum '-um' (*PG 3,896*^{C} ἀβοηθήτους), sed *eqs.* INNOC. IV. registr. B 96 p. 77,31 quod vos *(sc. dux et populus Venetorum)* ... Parmenses cives ... in angusto positos relinquatis inconsultos tamquam incognitos et velut extraneos -os.

***inadorabilis,** -e. *non adorandus – nicht anzubeten(d):* ARNO REICHERSB. apol. p. 150,8 quem *(Christum)* adoramus una cum Patre et spiritu una adoratione ... cum ... incontaminata carne eius non -em carnem dicentes *(item* EBERH. BAMB. epist. 16 p. 562^{B}; *ex Petr. Lomb. sent. 3,9,1,4).* p. 151,27 si separabilis Homo ille a Deo esset, iam etiam -is esset.

***inadulatus,** -a, -um. *qui adulationibus non movetur, incorruptus – durch Schmeichelei nicht zu bewegen(d), verführen(d), unbestechlich:* HUGO FLAV. chron. 1 p. 321,40 videns *imperator* eius *(papae)* constantiam inconcussam et -am, ad catholicam fidem ... regressus est (2 p. 475,11 integritate eius *[regis]* inspecta et -a mentis constantia. p. 494,28). 2 p. 369,29 senes cum iunioribus Richardi -am gravitatis censuram reverebantur.

***inadunatus,** -a, -um. *per pravam interpr. i. q. non coniunctus – unverbunden (cf. LexMusLat. II. p. 253sq.):* REMIG. ALTISS. mus. 494,20 enarmonios una pars, id est -us, quia et maximis et minimis spatiis dividitur *eqs.* (*ex Ioh. Scot. annot. [ed. C. E. Lutz. 1939]; sim.* 510,3). ANON. mus. Bernhard I 17 lycanos ypaton, quae dicitur diatona, id est extenta, ... vel cromatica, id est colorata, vel enarmonica, id est -a (*sim.* 22. 29sqq.).

***inadustibilitas,** -atis *f.* *impossibilitas comburendi – unverbrennbare Eigenschaft, Unentflammbarkeit:* ALBERT. M. miner. 3,2,5 p. 80^{a},22 est ... de numero eorum, quae metallis accidunt ..., cremabilitas sive adustibilitas et -as (-bititas *ed.*).

inadustus, -a, -um. *non crematus, non adustus – unverbrannt, unversengt:* WARN. synod. 292 fornax succensa recepit tres iuvenes reddens illos -os *(cf. Vulg. Dan. 3,94).*

inaebriatus *v.* inebrio.

***inaedificatio** (ine-), -onis *f.* *aedificatio – Be-, Überbauung:* CHART. Osn. II 79 (a. 1217) emit *sacerdos* ... aream ideo, ne forte per ine-em illius aree ... capella gravaretur.

1. inaedifico (ine-, -iff-), -avi, -atum, -are. *c. dat.: l. 34. 37.* **1** *aedificare, exstruere – bauen, errichten:* CHART. Brixin. 57 (a. 1217/20) ego *(sc. praepositus)* ... agrum ... tali condicione recepi, ut quecumque ibidem inediff-verim vel incoluerim, ipsi agro cedant *eqs.* CHART. Turic. 958 p. 43,7 aream, cui ine-ta est capella ..., vobis *(sc. capitulo)* ... liberaliter contulimus (*sc. comites; item* 959 p. 44,19). CHART. Argent. I 596 cui *(sc. concessae)* aree Heinricus ... domum ine-vit et inhabitat. **2** *coaedificare, aedificiis instruere – be-, überbauen:* CHART. Argent. I 434 (a. 1259) areas ... non permittemus *(sc. episcopus)* ... ine-ari aut aliqua edificia eisdem areis interponi. CHART. Turg. III 547 aream ... vacuam, id est non habentem edificia, ... Hainrico ... dedimus *(sc. capitulum)* ... possidendam, ita quod ine-ret eam.

subst. ***inaedificatum,** -i *n.* *aedificium – Gebäude:* CHART. Argent. I 440 p. 332,34 (a. 1259) curiam ... cum ine-is et adtinenciis universis ... conferimus *(sc. milites).*

2. *inaedifico (ine-, in e-), -atum, -are. *partic. perf. usu adi.: l. 54.* *non aedificare, aedificiis non instruere – nicht (be)bauen, unbebaut lassen (absol.: l. 51):* CHART. Rhen. med. III 1119 p. 828,37 (a. 1251) X libras, quas in domo de Tris edificasse debebatis, capitulo restituatis vel de ine-ando (in edificando *ed.*) incaveatis *(sc. dominus F.).* CHART. Mekl. 1516 resignaverunt *fratres* aream suam ... Nicolao et Henrico ..., ita [a] longe, quam longe ine-ta est.

inaequabilis, -e. *non aequiperabilis, incomparabilis – unnachahmlich, unvergleichlich:* VITA Deic. 4 (prol.) discoforum Domini Sebastianum, pene -em martyrem, habere potuit *urbs Suesionum*.

inaequalis (ine-), -e. *script.* inega-: *p.1494,50.* **I** *adi.:* **A** *de superficie i. q. non planus, asper – uneben, rau:* **1** *proprie:* ARS med. 7 p. 430,3 condilma dicitur duritia -is (aequalis *H*) circa supradictis locis *(i. matrice).* THEOPH. sched. 3,85 p. 157,11 quicquid -e exterius fuerit, malleis acutis incidatur. MAURUS phleb. p. 25^{a} si ... ine-is fuerit *superficies sanguinis* et non fuerit ex modo tenendi vas et inclinandi, malus est. ALBERT. M. veget. 6,315 pepo ... est ... -is superficiei, quasi sit inordinate compositus ex semicirculis rotundis. **2** *in imag. i. q. turbatus, turbulentus – aufgewühlt, stürmisch:* RATHER. prael. 5,1 aggrediamur ... equoris tametsi ine-em, enimvero nec permodicum, sinum *(sc. quinti libri).*

B *de relatione rerum variarum i. q. impar, dispar, dissimilis, diversus – ungleich, nicht gleich(artig), unähnlich, unter-*

schiedlich, andere(r): **1** *spectat ad modum, ambitum sim.:* **a** *de numero, pondere, mensura (tributo: l. 15):* **α** *gener.:* VITA Heinr. IV. 12 p. 39,2 unus et alter transito ponte sociorum numerum latenter auxit et . . . ex aequali -em fecit. **β** *philos.:* ALBERT. M. cael. 2,2,5 p. 135,4 ille *(motus unus)* ex hoc videtur esse diversus, quia ex diversis motibus -bus aggregatur. **γ** *publ. et iur.:* CONC. Karol. A 50D,51 p. 644,10 -bus mensuris . . . eos *(pauperes)* . . . coartant *(sc. transgressores praecepti)*. p. 645,4 consuetudo -ium modiorum et iniustorum sestariorum. 50D,53 p. 647,9 propter usuras et -es mensuras staterasque dolosas. 50D,70 p. 671,19 de iniustis ine-busque mensuris atque ponderibus. *de porcis pro tributo solvendis:* CHART. Aschaff. 37 p. 151,32 (a. 1194/96) que *(querimoniae)* de indebitis porcis et minus acceptabilibus, quam statutum exigeret, suscitabantur, et quia porci ine-es equaliter partiri non poterant. **δ** *math. et mus.:* ABBO FLOR. calc. 3,73 p. 117,6 ternarii . . . quantitas . . ., quae ad alium ternarium aequalis constat, ad binarium . . . -em nemo esse dubitat *(sim.* 3,83 p. 123,12. *cf. p. 1495,41; cf. Boeth. arithm. 1,21sq.)*. Ps. BEDA arithm. 1 l. 7 si ambae *(sc. partes numeri)* aequales extiterint, qualem volueris, . . . triplicabis; quodsi -es fuerint, quae maior fuerit, triplicetur. FORTOLF. rhythmimach. 856 siquidem 'semel bis III VI' creant ab -i *(sc. intervallo)* per -e (equale *a. corr. B*) inaequaliter procedentes *(sim.* 859 semel ter III VIIII faciunt ab -i per aequale aequaliter exeuntes; *cf. Boeth. arithm. 2,54). al.* **ε** *geom.:* GERB. geom. 5,3 p. 73,9 qui *(triangulus isosceles)* duo l a t e r a habet aequalia, quibus etiam quasi cruribus insistit tertium -e (p. 73,18. Ps. BOETH. geom. 43. *v. et p.1495,45*). Ps. BOETH. geom. 85 circuli aequales sunt, quorum diametri aequales sunt; -es vero sunt, qui sic se non habent. *ibid. al.* **b** *de diebus, horis:* **α** *gener.:* CARM. de temp. rat. 495 natura facit dies -es sub diversis poli plagis. **β** *comput.:* GERB. (?) astrolab. 8,1 hactenus artificialibus horis digestis de aequinoctialibus et -bus (artificialibus *var l.*) . . . dicam: . . . dividuntur CCCLX partes per horas aequinoctiales et -es, quos Arabes Muzzewihae, id est aequales, dicunt, et Ezemenie, id est -es *(sim.* 8,3 dicuntur -es propter mutuam alternationem correptionis et depalationis. 9 si vis scire partes -ium horarum diei *eqs. ibid. al.; cf. J. Frank, M. Meyerhof, Ein Astrolab aus d. indischen Mogulreiche. 1925. p. 18 et A. Borrelli, Aspects of the Astrolabe. 2008. p. 177)*. **2** *spectat ad naturam:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* THIETM. chron. 6,26 inparibus *(sc. christiano et pagano)* ducibus ine-es turmae usque ad Oderam fluvium pervenientes *eqs.* **β** *qui non aequi pretii est – nicht gleichwertig:* DIPL. Conr. II 228a p. 311,6 visum . . . utriusque partis fidelibus est ine-em hanc *(sc. bonorum S. Maximino traditorum)* esse commutationem pro predicto bono. CHART. Westph. III 1090 p. 569,10sqq. propter . . . agrorum . . . distractionem per quoddam ine-e concambium . . . orta fuit . . . questio *eqs.* **γ** *degener, peior – unebenbürtig, schlechter:* THIETM. chron. 6,21 p. 300,8 non videamur . . . antecessoribus meliores, quia pariter decepti in varia specie recti hiis sumus nimis -es. *?per enallagen:* FORM. Augiens. C 25 excellentissimo viro . . . ill. ill. ine-i conparacione bonitatum vestrarum iuvenili etate florens *eqs.* **δ** *impar statu, auctoritate – nicht gleich angesehen, bedeutend:* THEODULF. carm. app. 5,3 nascor *(sc. Arithmetica)* -is miras positura figuras germanisque tribus *(i. Geometriae, Musicae, Astronomiae)* fons et origo manens. PRIMORD. Windb. 3 p. 562,7 cum . . . pro bonitate . . . acceptus esset *Engilmarus* omnibus . . ., socius suus . . . se . . . dolens -em apparere . . . non exhorruit in illum manus extendere. ALBERT. M. pol. 5,1d licet -es (*p. 1301b,1* ἀνίσους) sint *virtuosi* aliis, tamen vitant contentiones propter mala sequentia. **ε** *c. notione iniustitiae: p.1495,68.* **ζ** *?minus aptus – ?unangemessen, unpassend:* FROUM. epist. 3 ine-i . . . posicione numerorum affirmat *Hezelinus* me detestari studium. **b** *mus. i. q. diverse sonans – anders klingend:* HUCBALD. mus. 2 quae . . . -es *(sc. sunt voces)*. 6 -ium . . . sonorum, qui disiuncti dicuntur, diversae species offeruntur; -es autem appellantur voces, quae binae sibi coniunctae una acutiori, altera pressiori sono cum quolibet intervallo profertur *(cf. comm. ed. p. 217)*.

C *de una eademque re i. q. non aequalis, incongruens, inconstans, varius – ungleichförmig, ungleichmäßig, unstimmig, unausgeglichen, unbeständig, veränderlich:* **1** *proprie:* **a** *gener.:* **α** *de tempestate:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 39,6 si fuerit *tempus autumni* ine-e, ut frigus interveniat et venti non faveant *eqs.* **β** *expressius de hominibus i. q. valetudine incommoda affectus, invalidus – unpässlich, krank:* REIN. LEOD. triumph. 4 p. 590,16 collocuturus nepoti suo Ugoni, quem esse -em audierat, . . . in castrum successit *Heinricus*. **b** *geom.:* ANON. geom. I 4,53 si fuerit columna -is, cuius ima latitudo pedum sit XIII, summa V, altitudo XXX *eqs.* Ps. BOETH. geom. 914 mons . . . strabus, id est -is, si fuerit in pedis circumferentia ĪCCCC *eqs.* **c** *natur., philos., medic.:* **α** *de motu:* ALBERT. M. gener. 2,3,4 p. 204,39 quod sint duae 'allationes' contrariae 'aut una -is' (*cf. p. 336a,30* ἀνωμαλίᾳ) sibi. **β** *de pulsu:* Ps. GALEN. puls. 44 effemerum febrium pulsus est simplex, non valde ine-is (-is *var. l.*) . . .; ine-is est autem pulsus, qui saltus atque casus suos demutaverit magnitudine. **γ** *de substantia, temperamento ('unausgewogen', 'heterogen'):* ALFAN. premn. phys. 2,43 p. 34 novem . . . existentibus crasibus . . ., octo quidem -bus (*PG 40,555B* δυσκράτων) et una aequali *eqs. (sim.* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 343,7 complexiones esse octo, unam aequalem et octo ine-es *eqs.)*. OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 21,37 corpore ex IIII elementis compacto . . . quid ine-ius esse poterit? MAURUS urin. I p. 35,12 urina lactea et spissa cum ine-i et non pura substantia . . . lapidem significat. **2** *translate de colloquio i. q. discors – unharmonisch:* THEGAN. Ludow. 46 pervenit *Lotharius* Magonciam, ubi obviam venit ei frater, et colloquium ine-e habuerunt ibi propter hoc, quia *eqs.*

II *subst. neutr. (fere usu natur. et philos.; geom.: l. 37):* **A** *quod non planum est – das Unebene:* ALFAN. premn. phys. 7,13 p. 77 in quo *(loco)* est . . . aequale et -aele *(sic)*. 7,20 p. 79 superius . . . et inferius et -e (*PG 40,645A* τὸ ἀνώμαλον) et aequale similiter et asperum et leve . . . communiter sunt tactus et visus (*sim.* 8,13 p. 83). **B** *quod impar, dispar, dissimile est, pars dispar – das Ungleiche, Abweichende, ungleicher Teil:* Ps. BOETH. geom. 243 si recta linea per aequalia ac per -ia (ine- *var. l.*) secetur (*sim.* 251sq.). ALFAN. premn. phys. 2,24 p. 29 sicut quantitatis est proprium aequale et -e (*PG 40,545B* τὸ ἄνισον), sic et qualitatis simile et dissimile (*sim.* HUGO HONAUG. hom. 3,1,3. ALBERT. M. metaph. 4,1,6 p. 169,20. 10,2, 2capit. 13,2,1 p. 591,25). ALBERT. M. lin. 4 p. 472b,29 cum . . . dividitur *linea* per -ia, constat . . ., quod *eqs.* eth. II 5,2,2 p. 341a,8 non . . . omne -e plus est, quia etiam -e in minus est *eqs.*

adv. **inaequaliter.** **1** *non plane – in unebener, nicht glatter Weise:* ALBERT. M. gener. 2,1,7 p. 182,74 cum asperum . . . siccitatem habeat in superficie, quae -r partes eius constare facit *eqs.* **2** *modo impari, dispari, diverse – in ungleicher Weise, unterschiedlichem Maße, anders:* **a** *gener.:* CHART. Eberb. 183 (a. 1237) quod statutum . . . ineg-r circa homines ecclesie illud transgredientes observarent *villani*. FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 27,23 qui *(falcones)* ducunt alas ine-r, alteram scilicet fortiter et alteram debiliter. p. 52,3 ne sit *grus* ciliata ine-r, quoniam *eqs.* ALBERT. M. veget. 6,486 duae plantae habent duas caliditates aequales secundum essentiam, et tamen -r agunt *eqs.* animal. 7,67 -r . . . recedunt *aves* . . ., quoniam *eqs. al. v. et p.1497,43.44.* *in partes impares – in ungleiche Teile:* ALBERT. M. lin. 4 p. 472a,29 sive dividatur *linea* aequaliter sive -r *eqs.* **b** *math. et mus. i. q. per numerum dissimilem multiplicando – durch Multiplikation mit einer ungleichen Zahl:* FORTOLF. rhythmimach. 855 alius *numerus* ab aequali *(sc. intervallo)* per aequale -r 'producitur' *(sim.* 861. 870. *v. et p. 1493,24)*. **3** *non aequaliter, varie – in ungleichförmiger, ungleichmäßiger, veränderlicher Weise:* **a** *techn.:* THEOPH. sched. 3,38 p. 90,21 si . . . contigerit, ut aliqua macula appareat in argento, ubi aurum tenue sit et -r positum *eqs.* **b** *natur. et philos.:* **α** *in univ.:* ALBERT. M. phys. 6,2,8 p. 480,32 hanc *(sc. spatii)* . . . partem id, quod -r velociter movetur, transibit 'in' aliquota parte ipsius 'temporis infiniti'. meteor. 1,4,5 si materia vaporis *(sc. in regione aeris inflammati)* est -r grossa et subtilis, simul tamen elevata *eqs.* **β** *non aequali, vario temperamento – durch die unausgewogene Zusammensetzung,*

das Ungleichgewicht: ALBERT. M. anim. 2,3,24 dulcem habens odorem acrem habet saporem: hoc . . . contingit ex caliditate -r terminante humidum complexionale.

inaequalitas (ine-), -atis *f.* *script.* ne-: *p.1496,51.* -uil-: *p. 1497,8.* *struct. c. gen.:* *explicativo: p.1496,58.* *inhaerentiae: p.1496,54.*

I *superficies non plana, asperitas – Unebenheit, Rauheit:* **A** *in univ.:* **1** *gener.:* GERH. AUGUST. Udalr. 2,26 l. 9 pro ine-e pontis carpento inclinato puerulus *(sc. super positus)* cecidit in amnem. **2** *natur. et philos.:* ALFAN. premn. phys. 8,13 p. 83 duritia . . . -i *(PG 40,653A* ἀνωμαλία) mixta asperitatem, aequalitas vero densitati lenitatem facit. **3** *medic. de asperitate faucium, vocis:* GLOSS. med. cod. Mon. p. 21,40 asperitas est -s secundum durum corpus. TRACT. de aegr. cur. p. 206,2sqq. ex siccitate dupliciter *(sc. fit raucedo)*, aut nimirum ex ea ine-em faciente aut meatus aeris constringente, dum enim ex siccitate exasperatur arteria, ex asperitate sequitur ine-s, ex ine-e raucedo. **B** *spectat ad terram a Deo exaequandam:* OTTO FRISING. chron. 8,9 p. 404,5 erit . . . 'caelum novum et terra nova' *(Vulg. apoc. 21,1)*, . . . omni . . . ine-e ac squalore deterso ad instar paradisi Dei purificata *(cf. Vulg. Is. 40,4. Bar. 5,7. Luc. 3,5).*

II *dissimilitudo, diversitas, differentia – Ungleichheit, Andersartigkeit, Verschiedenheit, Unterschied:* **A** *spectat ad modum, ambitum sim.:* **1** *de numero, pondere, mensura sim.:* **a** *philos.:* ALBERT. M. praedicam. 4,5 p. 231b,28 non . . . dicitur magis et minus duplum, quia certa mensura ponitur in specie, quae non ponebatur in genere, -is *eqs.* **b** *publ. et iur.:* CONC. Karol. A 39A,122 p. 402,34 propter diversitates . . . et -es mensurarum, quae apud plerosque non aeque . . . habentur *eqs.* p. 403,1 publicum . . . pondus provintiis . . . inditum nihil diversitatis aut -is pati debet. 50D,3 p. 671,20 de mensurarum . . . -e et modiis iniustis. **c** *math. et mus. i. q. proportio inaequalis, duorum numerorum disparium – ungleiches Verhältnis, V. von zwei ungleichen Zahlen (cf. Boeth. arithm. 1,32):* ABBO FLOR. calc. 3,72 quilibet diligens . . . omnes hic quinque -is species inveniet. ASILO rhythmimach. 1 quinque genera -is. FORTOLF. rhythmimach. 137sqq. quodam loco in arithmetica Boetius, ubi de aequalitate et -e disputans dicit omnem -em ex aequalitate nasci *eqs.* ANON. IV mus. 4 p. 65,12 quae *(proportio inaequalis)* dicitur -s et distinguitur per quinque genera -is, quae dicuntur multiplex, superparticulare *eqs. al.* **d** *geom. de lateribus quadranguli (usu meton.):* ALBERT. M. anim. 2,1,5 p. 71,78 sunt . . . ibi *(sc. in quadrangulo)* duae aequalitates diversae et duae -es (*cf.* p. 71,77 latera . . . inaequalia). **e** *usu communi (de fructu agrorum: l. 48):* CHART. Brem. 88 p. 102,22 (c. 1200) annona constituta canonicis . . . provenire singulis annis propter inę-em annorum non poterat. REGISTR. Pant. Col. 17,15 propter inę-em agrorum non equalem solvunt *filii* censum. **2** *de diebus (usu comput.):* BEDA temp. rat. 32,2 causa . . . -is (-e *var. l.*) . . . dierum terrae rotunditas est. **3** *de pretio:* CHART. Austr. sup. I 372 p. 532, 21 (a. 1211) superadditis sibi *(ecclesiae in Nordernbach)* ab ecclesia in Piwerbach tribus libris propter dotium ine-em.

B *spectat ad naturam:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* DHUODA lib. man. 4,8,67 inter divites divitum et pauperes pauperum multae differuntur sententiae -um (ine-em *var. l.*). FRUTOLF. chron. a. 46 p. 99,19 consideremus . . . earum *(descriptionum)* -es *eqs.* OTTO FRISING. chron. 1,1 p. 37,15 *(add. B2)* ex quarum *(zonarum)* habitudine inferioris mundi portionem quinque plagarum -is naturam contraxisse voluerunt *quidam eqs.* **b** *spectat ad statum, auctoritatem:* BALDW. VICT. dict. 4,8 p. 16 salutatio . . . quandoque rectum, quandoque conversum servat ordinem; . . . huius . . . conversionis prima causa fuit personarum ine-s. ALBERT. M. pol. 5,1d quod nulli ita iuste contenderent de -e (*cf. p. 1301b,3* ἀνισότητα) sicut virtuosi (*sim.* 5,1e). **c** *c. notione iniustitiae:* CHART. Livon. A 224 p. 284,18 (a. 1251?) si per nos *(sc. magistrum generalem)* aliqua inaequalis *(sc. divisio)* reperiretur fore facta, sic ut . . . antistes partem . . . deteriorem in divisione . . . sibi iniunctam possidere noscitur, novam -em ob huiusmodi divisionem fore faciendam arbitrantes. ALBERT. M. pol. 6,2c habent . . . ambo *(sc. partes)* -em (*p. 1318a,22* ἀνισότητα) et iniustitiam. *expressius i. q. iniustitia, improbitas – Ungerechtigkeit, Schlechtigkeit:* MIRAC. Pirmin. 11 omnem coram fratribus suam ine-em corrigit, reatus sui veniam desiderans accepit *dux.* ALBERT. M. Iob 11,14 dicitur iniquitas -s, qua se habuit ad proximum. **2** *philos. et theol.:* GODESC. SAXO theol. 22 p. 311,21 quia in his *(sc. Dei)* tribus personis nulla . . . est . . . diversitas vel -s vel quantulacumque dissimilitudo (*sim.* PETR. DAM. epist. 40 p. 420,18 Filius nulla ab eo *[Patre]* creditur -e diversus. MANEG. c. Wolfh. 6 p. 55,6 personarum). ALBERT. M. cael. 1,3,6 p. 68,56 ex hoc *(sc. aequalitate contrariorum primorum)* generatur -s *eqs.* metaph. 13,1,1 p. 580,7sqq. addunt *antiqui* ei *(uno aequali)* dualitatem ut '-is' (*p. 1087b,5* τὸ ἄνισον) principium et dicunt, quod 'hoc' unum aequale cum -is principio est 'natura' et substantia materialis omnis 'pluralitatis' *eqs.*

III *condicio non aequalis, incongruentia, inconstantia, varietas – Ungleichmäßigkeit, Unausgeglichenheit, Unstimmigkeit, Unbeständigkeit, Veränderlichkeit:* **A** *gener.:* **1** *in univ.:* HRABAN. epist. 15,2 p. 406,13 patriarchis displicuisse repperitur ine-s ac feritas m o r u m sobolis (RUOTG. Brun. 21 p. 22,28 ut vestium superfluitas, m. ine-s . . . abscideretur. GESTA Camer. 1,114 p. 451,19 effrenis -s m. *al.*). OTFR. ad Liutb. 52 eorum *(evangeliorum)* quadrata aequalitas sancta nostrorum quinque sensuum -em ornat. PS. HUCBALD. ton. 295 -s . . . cantionis cantica sacra non vitiet *eqs.* *in imag. vel translate:* GEBEH. AUGUST. Udalr. 4 p. 258,22 totus . . . in sese teres atque rotundus nihil rancoris, nihil admisit -is. WOLBERO cant. 3 p. 1127D si quid subito -is menti vestrae *(sc. sororum)* subriperet, canentis dulcedine componeretur. **2** *iniquitas, fortuna dubia – Ungunst, wechselhaftes Schicksal:* COD. Udalr. 42 p. 89,29 nulla umquam rerum vel eventuum ine-e poterit *gratia vestra (sc. papae)* oblitterari. 45 p. 98,14 ab hoc *(sc. concilio agendo)* et rerum ine-s et huius maligni temporis importunitas nos *(sc. archiepiscopum)* longe repellit. CHART. archiep. Magd. 452 p. 586,9 (s. XII.ex.) cuius *(archiepiscopi)* . . . presentia in qualibet status mei *(sc. scriptoris)* ine-i mihi semper dulcis et quasi pro singulari fuit remedio. **3** -s aeris (aurae: *l. 46*) *i. q. intemperies (caeli), tempestas – unausgewogenes, ungünstiges Wetter, Klima, Unwetter:* REGINO syn. caus. 1,287 si evenerit fames, pestilentia, -s aeris vel alia . . . tribulatio. CHART. episc. Halb. 150 p. 120 l. 8 quod ego . . . episcopus . . . cenobium . . . propter aeris ine-em, propter excelsi montis . . . difficultatem . . . transferri permiserim. RICHER. SENON. gest. 5,4 p. 332,23 nunc ine-em aeris, nunc intemperantiam maris, nunc sterilitatem terre . . . culpare solent *homines.* STATUT. ord. Teut. p. 63,27 quod si aure ine-s apparatum huiusmodi *(sc. descriptum)* non admittit, per viam in cappis ire poterunt *sacerdotes. saepius.* **4** *expressius i. q. valetudo (incommoda), infirmitas, aegritudo – Unpässlichkeit, Schwäche, Krankheit:* VITA Desid. Vienn. 3 nullus fuit . . ., cuiusvis fuisset corpus -e (ne- *var. l.*) iactatus . . ., qui *eqs.* LIBER diurn. 44 caritatem tuam *(sc. episcopi)* ad devotionis occursum ine-e corporis perhibes impeditam. PAUL. FULD. Erh. 1,14 p. 537,16 cum . . . ex ipsa valitudinis -e spei maioris . . . viguit abundantia. OTTO FRISING. chron. 8,12 p. 408,22 non . . . contractos vel debiles in tam imbecilli ine-e . . . ad vitam . . . credendum est revocari. *saepius.* *de morbo mortifero:* SIMON SITH. gest. 1,37 mortis ine-e tactus ad propria nave deportatur *abbas.* **B** *philos. et theol.:* ALBERT. M. gener. 2,3,5 p. 206,79 potest . . . hoc *(sc. longaevitas)* impediri per accidens . . ., et hoc vocat Aristoteles ⌞materiae -em⌟ (*cf. p. 336b,21* ἀνωμάλου . . . τῆς ὕλης), quia *eqs.* (*sim.* metaph. 6,2,5 p. 310,43 possunt *principia* . . . impediri ex materiae -e). ARNO REICHERSB. apol. p. 65,27 opportuit . . . sublimari eum *(Christum)*, per quem . . . omnis minorationis -s et -is offensio, quae ei nostrae mortalitatis habitu inerat, . . . tollentur. **C** *natur. et medic.:* **1** *spectat ad pulsum:* MAURUS progn. 3 p. 23b,44 septimum signum laudabile est equalitas pulsus, eius contrarium est pulsus ine-s. **2** *spectat ad substantiam, temperamentum i. q. temperatio inaequalis, varia,* δυσκρασία *– unausgewogene, heterogene Zusammensetzung, Mischung, Ungleichgewicht:* PS. GALEN. urin. p. 19,4 urina non valde nigra . . . non habens corporis ine-em (*cf.*

[Niederer]

puls. [cod. Vr.] 494 inequitatem) significat, quod *eqs.* HRABAN. anim. 4 in iuvenibus . . . aut quadam partium -e aut aliqua crassitudine humorum deprimitur *ratio*. MAURUS urin. I p. 9,25 utilitas urinarum est temperantiae vel distemperantiae humorum, equalitatis vel -is cognitio. ANON. coit. 4,10 si . . . ine-s ex calore vel frigore, siccitate vel humectatione deprehensa fuerit. ALBERT. M. animal. 7,149 omnis . . . natura desiderat simile sibi, nisi sit omnino destituta et reducta ad inaequi-em et discrasiam. *al.*

***inaequate** *v.* *inaequo.

***inaequatio,** -onis *f.* *compositio minus apta, impar – das mangelnde Aufeinander-Passen, verschobene Stellung:* BRUNUS LONG. chirurg. 1,20,2 p. 118B significatio eius *(dislocationis mandibulae)* est -o dentium inferiorum cum superioribus.

***inaequidistans,** -antis *n.* *pars impar, inaequalis – ungleich großer Teil:* ALBERT. M. summ. creat. II 1,21,3,2 p. 195b,42sqq. habitum est, quod -s generatur ab aequidistanti, et sic sua proportio immediata est ad aequidistans et per ipsum ad -s secundum rationem proportionis arithmeticae; similiter *eqs.*

[inaequilitas *v.* inaequalitas.**]**

inaequiparabilis (ine-, -ipp-, -per-), -e. *incomparabilis, inaestimabilis – unvergleichlich, unschätzbar:* ANNAL. Quedl. a. 992 dedicatio . . . facta est . . . praesente rege . . . et innumera atque -i multitudine cleri ac populi (*sim.* ANNAL. Gradic. a. 1131 [MGScript. XVII p. 650,13]). TRANSL. Dion. Ratisb. 26 p. 366b,24 resigna, pater, thesaurum desiderabilem ⌊inter flores martyrum inequipp-em⌋ *(cod. [cf. W. Wattenbach p. 396]*, in f. m. *ed.)*. RUODLIEB IV 143 grande tuum *(sc. patroni)* posse vel ine-erabile velle. CHRONOGR. Corb. p. 68,3 frater . . . Heriboldus, . . . facundia et scientia litterali pene ine-is.

***inaequisonans,** -antis. *diverse sonans, non aequisonus – anders klingend (cf. LexMusLat. II. p. 254):* AUREL. REOM. mus. 15,18 ob numerum litterarum -es sunt *antiphonae*.

***inaequitas,** -atis *f.* *natur. et medic. i. q. temperatio inaequalis, varia – unausgewogene, heterogene Zusammensetzung: v. l.1.*

***inaequo,** -are. *impares facere, aequilibrio privare – ungleich machen, aus dem Gleichgewicht bringen:* CAES. HEIST. hom. II p. 111a cuius *(mammonae)* pondere nonnumquam sic lances *(sc. librae iustitiae)* -antur, ut *eqs.*

adv. ***inaequate.** *modo impari, diverse – in ungleicher Weise, unterschiedlichem Maße:* BERENG. TREV. myst. (PL 160,993C; c. s. XII.in.) quae *(lux)* duobus illis viris inaequaliter illuxit, quos Pharao de carcere . . . inaequaliter eduxit, typice nos insinuans, quod gentilis ac Iudaicus populus divinae remunerationis -e sortiti sunt beneficium.

inaequus *v.* iniquus. **[inaestabilis** *v.* incessabilis.**]**

inaestimabilis (ine-), -e. *script. et form.:* inexs-: BENZO Heinr. IV. 6 praef. p. 514,4. inext- *(cf. ThLL. VII/1 p. 813,66sq.): l. 62. 64. 65. 68. saepe. struct. c. adi. (usu attrib. pro adv.): l.64.65.*

1 *qui aestimari nequit – unschätzbar:* **a** *spectat ad magnitudinem, gradum i. q. immensus, infinitus, immanis – unermesslich, unendlich, riesig, gewaltig:* **α** *in bonam vel neutram partem:* NOTKER. BALB. gest. 1,31 p. 43,3 vidit *pauperculus (sc. in somnio)* gigantem . . . camelum inmanissimum, inę-i sarcina praegravatum, . . . trahentem. DIPL. Heinr. II. 486 p. 620,38 ut, qui corona terreni imperii gloriamur, illa *(sc. caelesti)* ine-is gaudii gloria non privemur. BENZO ad Heinr. IV. 3,3 p. 278,8 in quibus *(navibus)* erit ine-is alimonia hominibus et equis. CHART. Laus. 657 planxit eum *(episcopum)* tam clerus quam populus inex-i plantu. *al.* *usu attrib. pro adv.:* LIBER Theodolae 125 reddidit ortum viridem . . . inmarcescendum plantans inex-e magnum *(sim.* 127 in eo *[sc. horto]* . . . nimia sunt inex-ia multa nemorum pome *[sic]. 156. fort. et* 178; *cf. comm. ed. p. 64).* **β** *in malam partem fere i. q. infandus, horribilis – etwa: unaussprechlich, entsetzlich:* IULIAN. TOLET. Wamb. 5 inex-i (-i, ine-i *var. l.*) infidelitatis febre vexata *Gallia*. VITA Magni Fauc. I 5 p. 112,21 orta est lis ine-is inter Theodericum regem et Theodebertum *eqs.* EPIST. Teg. I 107 p. 110,26 omnium rerum penuria . . . cum grandi ac ine-i me *(sc. Ellingerum)* ubique suscepit iniuria. EPIST. Hildesh. 76 excellentię tuę *(sc. imperatoris)* noticiam latere non credimus *(sc. patriarcha)* . . . calamitatem in occisione hominum ine-i. **b** *spectat ad numerum i. q. innumerabilis, plurimus – unzählig, überaus zahlreich:* AETHICUS 36c,28 ait philosophus . . . in laboribus suis . . . tam -es artium multitudinis similia opera . . . non invenisse (*sim.* 75,20). CHRON. Bened. II 3 tradidit . . . Lantfridus . . . usque ad octo milia septingentos mansus preter mobilia ine-ia. CHART. episc. Hild. I 528 presentibus . . . numerosissimo . . . cetu clericorum et ine-i multitudine Theotonicorum. *al.* *fort. add. (ni spectat ad l.11sqq):* LIBER Theodolae 196 nemorum . . . inex-e genus. **c** *spectat ad pretium, praestantiam i. q. incomparabilis, excellens, praestantissimus, singularis, praeclarus – unvergleichlich, außerordentlich, herausragend, einzigartig, herrlich:* NOTKER. BALB. gest. 1,31 p. 44,2 qui *(thesauri)* cum inę-es invenirentur *eqs.* TRANSL. Libor. I 12 p. 199,16 sensere cuncti -is odoris suavitate totam domum . . . completam. THIETM. chron. 6,9 p. 284,31 nec amovemur . . . nequicia . . . poenis neque delectamur ine-bus iustorum premiis. ANNAL. Rod. a. 1106 p. 693,29 quod tam sanctae conversationis esset *sacerdos* et ine-is vitae. ARTEPH. secret. p. 17 corpus ab illa *(aqua)* recipit tincturam albedinis ac splendet cum ea fulgore ine-i. *al.* **2** *incomprehensibilis, non perceptibilis, mirus – un(er)fassbar, unbegreiflich, wunderbar (de Deo eiusque gratia sim.):* TRAD. Frising. 399a (a. 818) ergo (*leg.* erga) inenarrabilem et ine-em Dei viventis et regentis clementiam. HRABAN. carm. 39,4,6 Deus summus amabilis, Deus -is. RATHER. quadrag. II 30 spiritum esse Deum incorporeum, invisibilem, intractabilem et -em *(sim. p. 1490,32).* CONST. imp. II 93 p. 116,41 de cuius *(Dei)* inex-is (ine-i *var. l.*) bonitate tanta principatus amplitudine dilatamur. *al.* **3** *(adhuc) non consideratus, inexspectatus – (noch) nicht in Betracht gezogen, unerwartet:* CHRON. Pol. 3,5 per locum ine-em (ine-e *var. l.*) nullo prius ibi transitum presciente . . . transvadavit *caesar*. *cf.* inexistimabilis.

adv. **inaestimabiliter.** **1** *ad immensum, praestanter, infinite – in unermesslicher Weise, in außerordentlichem, unendlichem Maß:* BONIF. epist. 10 p. 14,18 diversis eum *(regem)* tormentis -r fatigantes lacerabant *daemones*. ALBERT. AQUENS. hist. 12,14 p. 844,31 quibus *(thesauris)* . . . universi, qui bellis . . . arma amiserant, nunc ine-r relevati et ditati sunt. VITA Bern. Parm. II 7 (MGScript. XXX p. 1325,39) quo *(sc. in Italia)* a Florentinis officio inex-r honoratur. VITA Heinr. II. add. 1 p. 817a,43 cepit *filia* ine-r contristari. *al.* **2** *immensa, plurima multitudine – in unermesslicher, überaus großer Zahl:* ANNAL. Altah. a. 1044 p. 36,33 postquam . . . se viderunt -r cadere, terga vertere et cedere ceperunt *Ungri*. HIST. de exp. Frid. p. 82,33 castra absque aqua et gramine metati fuimus, unde iumenta ine-r perierunt. **3** *ex improviso, inopinato – unvorhergesehenerweise, in unberechenbarer Weise:* RATHER. epist. 3 p. 27,5 foris a visibilibus inimicis agitur *prosecutio*, intus ab invisibilibus incitatur, et minus inę-r est, quod faciunt inimici quam quod amici. *c. notione inconstantiae:* CHART. Lamb. Leod. 63 p. 105,9 (a. 1185) vineas . . . nostras *(sc. conventus)* . . ., quas . . . excolere debebant *concives* . . ., ceperunt ine-r negligere.

***inaestimandus** (ine-, inext-), -a, -um. *c. adi. (usu attrib. pro adv.; cf. p.1497,50): l.60.* **1** *immensus, immanis – unermesslich, riesig:* CHRON. Reinh. a. 1212 p. 580,34 ine-e magnitudinis saxa conicit *Otto*. **2** *innumerabilis – unzählig:* LIBER Theodolae 114 producunt *(sc. palmites)* inex-a milia multa virga *(sic)* secundum suum genus uvarum. **3** *incomprehensibilis, incertus – unerfassbar, unverständlich, unklar (usu subst.):* DIPL. Karoli M. 315 p. 475,30 (spur.) mens diversis curis egra ac sollicita, licet caro quiescat, ine-a cogitando videt et videndo cogitat.

[inaestimatio *v.* in *et* aestimatio. *adde ad vol. I. p. 330,9:* RUD. TRUD. gest. 4,4 calix . . . multo preciosior hac quantitate *(sc. LX libris)* pecuniae auri valentissimi pondere et mirabilium gemmarum operisque mirifici in estimatione *(ci.,* inestimatione *ed.).***]**

inaestimatus, -a, -um. *inopinans, imprudens – nichts vermutend, ahnend:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 882 p. 107,29 ut

quasi incautos et -os quandam partem inimicorum insidiis . . . invenirent et caperent *(sc. Baiuwarii et Franci).*

?adv. ***inaestimate.** *inopinate, subito – unvermutet, plötzlich (ni subest adi.):* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 886 p. 114, 32 plus solitum inundationes aquarum excreverunt ine-e; nam *eqs.*

inaestuo (ine-), -are *vel fort. semel (l. 13)* ***inaestuor,** -ari. *desiderio aestuare, fervere – glühend, heftig verlangen (nach):* CHART. Naumb. I 321 p. 302,41 (a. 1184) presentis seculi cupiditas in tantum rebus alienis distrahendis ine-at, ut *eqs.* (*sim.* 326 p. 309,12. CHART. march. Misn. II 514. 550). *fort. huc spectat* (*ni subest* inescare): CHRON. Merseb. 2 p. 169,8 -tus (inescatus *var l.*) . . . erat *ecclesiae provisor* in dampnum nostri mille auri et argenti talentis.

***inaevitas,** -atis *f.* (in- *et* aevitas; *per analogiam ad* longaevitas *formatum, ut vid.*) *aetas finita, tempus circumscriptum – endliche, begrenzte Zeitspanne, Dauer:* COD. Karol. 44 p. 560,13 post huius vitae -em caelestia vobis *(sc. regibus)* regna per infinita tribuat *Deus* saecula possidenda *(cf. T. B. Orth-Müller, Philologische Studien zu den Papstbriefen des Codex epistolaris Karolinus. 2013. p. 151).*

inaffectio, -onis *f.* *indigentia dilectionis, caritatis – fehlende Liebe, Zuneigung, Lieblosigkeit:* RIMB. Anscar. 7 p. 28,39 hoc *(sc. licentiam condicionaliter dare)* . . . abbas non de -e faciebat, sed *eqs.* HERRAND. ad Walram. (MGLib. Lit. II p. 289,14) intellige nulli nos odium de -e, sed de pietate intendere. EMO chron. 85 p. 256,2 cupiditatem sequitur tenacia, multiplicatio, -o, voluptas.

***inagnitus,** -a, -um. *incognitus – unbekannt:* COD. Karol. 93 p. 632,4 vestrum *(sc. regis)* . . . regalem culmen -um non esse credimus *(sc. papa)*, qualiter *eqs.*

inalbesco, -ere. *albescere – weiß werden:* WILH. CLUS. Bened. 21 domine, . . . iam -it caput vestrum canis.

***inalbo,** -atum, -are. *usu refl.: l. 38. 39. partic. perf. usu adi.: l. 37. alba induere – in die Albe kleiden (cf. J. Braun, Die liturg. Gewandung. 1907. p. 57sqq.):* LIBER tram. 10 p. 14,2 pueri omnes debent -ti esse. 43,1 sacerdos et alii ministri pergant ad sacrarium et -ent se. 76,4 p. 118,9 pueri omnes se -ent. 100,4 omnes -entur. *ibid. al.*

***inalbus,** -a, -um. *non albus – nicht weiß (usu subst.):* ALBERT. M. div. nom. 4,162 p. 246,50 contraria non disponuntur in suis nominibus per affirmationem et privationem: non enim dicimus, quod -um (non-album *var. l.*) sit contrarium albo, sed nigrum.

***inalterabilis,** -e. *alterationi, mutationi non subiectus, immutabilis – keiner Veränderung unterworfen, unveränderlich:* **1** *philos. et theol.:* **a** *in univ.:* ANSELM. HAV. dial. 2,13 p. 1183[A] -is, omnipotens *(sc. spiritus sanctus Deus).* ALBERT. M. cael. 1,1,9 p. 22,18 corpus . . . -e necessario habet figuram et potentiam naturalem, quae *eqs.* gener. 2,3,8 p. 208,49 'oportet', quod ipsum 'movens' sit 'unum et immobile et ingenerabile et -e (*p. 337[a],20* ἀναλλοίωτον)'. caus. univ. 2,2,39 p. 133,8 que . . . separata sunt, maxima bonorum vocavit, eo quod indeficientia sunt . . . et -ia et immobilia *eqs. ibid. al.* **b** *non affectus, liber – unempfindlich (gegen), frei (von):* ALBERT. M. eth. II 1,6,9 p. 96[b],6 ut passionibus non tangatur *animus* et efficiatur passionibus -is. pol. 7,15[k] p. 749[b],23 'ab ebrietate et ab . . . nocumento omnes *(sc. iuniores)* impassibiles (*p. 1336[b],23* ἀπαθεῖς)', id est -es, 'faciet disciplina'. **2** *alch.:* TURBA phil. 51 p. 155,9 corpus in spiritum vertere vim et colorem -em habentem et incorruptibilem *(sim.* 69 p. 168,3 cruciata res cum in corpore submergitur, vertit ipsum in naturam -em ac indelebilem. p. 168,10; *cf. comm. ed. p. 254 adn. 1).* **3** *publ. et iur.:* CHART. Merseb. 302 p. 240,17 (a. 1262) paginam conscriptam . . . sigillorum appensionibus iussimus *(sc. episcopus)* consignari, quatinus ex hoc -e robur capiat et munimen.

adv. ***inalterabiliter.** *sine alteratione, mutatione – ohne Veränderung:* **1** *theol.:* ARNO REICHERSB. apol. p. 154,18 compositionem . . . naturarum . . . confitemur inconversibiliter et inconfuse et -r et indivisibiliter *eqs.* ALBERT. M. summ. theol. II 10,39,1,4 p. 447[b],21 immobiliter et -r stant *ordines angelorum* in esse et bono, quod perceperunt. **2** *publ. et iur.:* CHART. Merseb. 251 p. 204,6 (a. 1242) super omnibus premissis -r observandis presentem paginam conscriptam sigillorum . . . apensionibus iussimus *(sc. episcopus)* communiri. 306 hoc *(sc. statutum)* . . . precipimus -r observari.

*?****inalternatus,** -a, -um. *?alternans – ?abwechselnd:* AENIGM. super turb. 7 p. 497[a],39 intentio philosophorum . . . resonet vim consistere totalem humectatione -a cum terreitate subsequenda.

inalto, -avi, -atum, -are. *usu mediopass.: l. 24. partic. perf. usu adi.: l. 24. altiorem facere, attollere, sublimare – höher machen, erhöhen, erheben:* **1** *proprie:* HIST. Mosom. 3,3 ipse *(abbas)* . . . inter chorum et turrim -vit (inalbavit *Wattenbach*) parietes ecclesiae *(cf. l. 31).* **2** *in imag. et translate:* **a** *in univ.:* WALAHFR. carm. 29,18 obsecro . . ., Domini protectio vosmet *(sc. Hiltwinum)* ut tegat atque regat, firmet, -et, amet. CARM. Otton. III. 18,4,3 qui . . . te *(sc. Gregorium papam)* . . . Romam attulit, . . . <fec>it maximum, -vit brachium. TRANSL. Dion. Ratisb. epist. p. 352[b],28 maiori . . . gloria martyrem suum Deus -bit *(cod. [cf. W. Wattenbach p. 394];* ibi altabit *ed.).* METELL. exp. Hieros. 6,463 quem *(regem)* non exaltet locus, ipse locum sed -et. *al. spectat ad vocem:* MIRAC. Bav. 3,5 cum . . . docti dulcisonas -rent voces *eqs.* **b** *augmentare – vergrößern, verstärken:* SALIMB. chron. p. 526,6 ita ignem *(sc. accensum)* -tum invenit *frater*, quod totum dormitorium . . . est combustum.

***inalzo,** -are. *(francog. vet.* enhalcier, enhauc(i)er *ex* in *et* altius; *v. Wartburg, Frz. etym. Wb. XXIV. p. 360sqq.) altiorem facere, exstruere – (höher) bauen, erbauen, errichten:* ANNAL. Mosom. a. 1259 (MGScript. III p. 164,35; s. XIII.) voluit . . . archiepiscopus facere fieri firmitatem circa villam . . . et muros circa . . . villam -ari fecit *(cf. l. 12).* *cf.* *altioro.

inamabilis, -e. **1** *non amabilis – nicht liebenswürdig, unfreundlich:* RADBOD. Bonif. 18 p. 75,6 michi . . . parcite, o -es amici *eqs.* **2** *tristis, iniucundus, detestabilis – unliebsam, unerfreulich, verabscheuenswert:* ALCUIN. epist. 311 vs. 23 hunc *(sc. mortis)* . . . diem atque hoc -e tempus prevideas *(sc. Aethelhardus).* WALAHFR. carm. 38,51 nivium vis . . . fecit habere . . . requiei -e tempus. AMARC. serm. 2,560 possem, ni . . . gravitas . . . -is acti elinguem faciat, bachantis iurgia multa Eumenidis memorare. ALBERT. STAD. Troil. 3,3 a specula speculum speculans -e belli turba puellaris stat.

***inamabilitas,** -atis *f.* *indigentia, absentia amoris, dilectionis – das Ungeliebt-Sein, Nicht-Geliebt-Werden:* ALBERT. M. Matth. 22,37 p. 542,80 repugnat *Dionysius* . . . tertio *(i. aeternitate amoris)* odiosum taedium, quod amari non potest, -is.

***inamandus,** -a, -um. *detestabilis – verabscheuenswert:* VITA Agnet. 315 cerneret ista *(sc. ignem fugere sanctam)* licet patiens -a propago *eqs.*

inamaresco, -ere. *amarescere – bitter werden:* AMARC. serm. 4,152 nisi corruptum ante pietur vas, -it, quod dulce infunditur *(v. notam ed.).*

inamatus, -a, -um. *c. dat.: l. 55. non amatus, iniucundus – ungeliebt, unliebsam (in lusu verborum: l. 55):* ALCUIN. carm. 108,2,2 quam *(turbam)* premit opifices *(ni leg.* ob faeces, *cf. B. Krusch [MGMer. V p. 406])* illis -us Amandus. THEODULF. carm. 21,94 mors. 28,543 -i (inamanti *var. l.*) tegmina busti . . . petes *(sc. iudex).*

***inambulatorius,** -a, -um. *inaccessibilis, invius – unzugänglich, unwegsam:* FRUTOLF. chron. p. 70,13 fatigatus est *Alexander* multum in ipso itinere, quia erant ibi *(sc. apud gymnosophistas)* loca -a.

inambulo, -are. **1** *intrans.:* **a** *ambulare – herumgehen, wandeln:* GLOSS. psalt. Lunaelac. 67,5 qui habitare dicitur Deus in sanctis et -are *eqs. (sim.* CHRIST. STAB. Matth. 8,75 in quo *[templo]* Deus dignetur habitare et -are. *al.; cf. Vulg. II Cor. 6,16).* **b** *ire, commeare – gehen, wandern:* RHYTHM. 42,17,4 ipse *(Christus)* se iunxit cum illis *(sc. discipulis)* in itinere, interrogatur, tristis cur -ant *eqs. (cf. Vulg. Luc. 24,17).* **2** *trans. i. q. peragrare, emetiri – durch-, abschreiten:* EKKEH. IV. cas. 55 p. 122,13 Engilbertus . . . cum paucis eque audacibus monasterium vitabundus -at.

***inambustus,** -a, -um. *non ambustus – unverbrannt, un-*

versengt: EKKEH. IV. pict. Mog. 810 solus -us spoliis remeavit *Christus* onustus. carm. var. I 2,12 vernat -us igne cremante rubus *(spectat ad Vulg. exod. 3,2).*

inamic- *v.* inimic-.

inamissibilis, -e. *non amissibilis – unverlierbar:* LUP. FERR. epist. 35,6 ut . . . perseverantiam in bonis actibus, quod est donum -e, sortiaris *(sc. Ebrardus).* FROWIN. explan. 3,1325 cum -is nostra libertas a necessitate . . . liberabitur. ALBERT. M. div. nom. 4,80 p. 188,6 seipso pulchrum est *pulchrum* et ideo -em pulchritudinem habet. Matth. 5,12 p. 117,29 dicit . . ., quod est *merces* . . . 'in caelis', ut intelligatur -is. *ibid. al.*

adv. **inamissibiliter.** *modo non amissibili – auf unverlierbare Weise:* ALBERT. M. summ. creat. II 1,70,4,3 p. 586b,37 sancti . . . habent acceptum *(sc. liberum arbitrium)* cum rectitudine et -r in patria, amissibiliter autem viatores. sent. 2,25,7 p. 439a,18sq. una *(sc. libertas)* quidem habet *(sc. rectitudinem)* amissibiliter, alia habet -r *eqs.*

inamoenus (in a-, -me-), -a, -um. **1** *adi. i. q. asper, vastus – rau, unwirtlich, wüst:* HIST. peregr. p. 155,12 ingressi sunt *nostri* terram horroris et salsuginis, terram siccam, sterilem, -menam. p. 166,2 -menum et siccum dolorose noctis hospicium. **2** *subst. neutr. i. q. res turpis – etwas Schändliches:* CARM. Bur. 8,7,1 ut . . . loquar -menum (in amenum *var. l.*): sanctum chrisma datur venum *eqs.*

? ***inamplum,** -i *n.* *spatium (per)amplum – (sehr) lange Zeitspanne, Erstreckung:* CARM. libr. III 67,20 lectus longęvi stringit *libellus* perinampla diei *(ci. Haefele [DtArch. 54. 1998. p. 16sqq.],* perlectus . . . -a *ed. Strecker).* WALTH. SPIR. Christoph. II 6,83 dum . . . corpus recreabit vita superstes, hęc series mecum vigilet ˹per -a˺ (p̄ māpla *cod.; ni leg.* perinampla, *cf. l.27)* dierum: *eqs.*

inane *v.* inanis.

inanesco (-nisco), -ere. *c. abl.: l.41.* **1** *vanescere, invisibilem fieri, esse – (ver)schwinden, unsichtbar werden, sein:* MIRAC. Genulfi 8 (MGScript. XV p. 1207,37; s. XI.med.) aurora illucescente vapor nebulae . . . superficiem tenebat terrae; quo paulatim -iscente *eqs.* HILDEG. div. op. 2,1,30 l. 5 per verbum . . . confluxerunt aquę . . . in locum unum, quatinus terra appareret, ne eis cooperta -isceret. **2** *vacare, carere – entbehren, ermangeln:* AGOB. 15,7 cum plerique *(sc. hominum)* vano terrore aut vana ammiratione attoniti -unt sensu et virtute animi. **3** *vanum, supervacaneum fieri, esse – eitel, unnötig werden, sein:* PETR. DAM. epist. 38 p. 370,26 de cuius mente . . . ambigitur, valde necesarium est, ut probetur; ubi autem conscientia manifesta claruerit, probationis exercitium -it.

inaniloquium (-nel-), -i *n.* *sermo vanus, vaniloquium – leeres, eitles Geschwätz:* ALCUIN. epist. 114 p. 168,31 non -um (inane-, inal- *var. l.*) vel scurrilitas, sed sancta . . . audiatur psalmodia. EMBOLIS Amalar. 30 qui *(sc. homo)* profana et -a non devitat, sed amat *(spectat ad Vulg. II Tim. 2,16).* SALOM. II. epist. 30 p. 416,1 vos *(sc. archiepiscopus)* . . . nolite -o eorum *(sc. qui celsitudinem appellaverunt)* credere, quia *eqs.* CAES. HEIST. hom. II p. 82a multiloquium, -um, praviloquium *(sc. peccata locutionis).*

inaniloquus, -a, -um. *vana loquens – eitel, dumm daherredend:* ALBERT. M. eth. II 4,2,6 p. 305b,24 quod non sit *magnanimus* -us neque de inimicis malum loquens.

***individualitas,** -atis *f.* **1** *singularitas, habitus individui – Einzigartigkeit, 'Individualität':* HUGO HONAUG. div. 18,12 'proprietates . . . ad naturam copulatae hypostaseon singularitatem ostendunt', id est substantiae -em. **2** *natura indivisa – Ungeteiltheit:* OTTO FRISING. gest. 1,55 p. 78,10 suum subiectum non solum ab aliis dividat vel dissimilet, sed etiam in sua -e et dissimilitudine tam firmiter manere faciat *(sc. proprietas).* HUGO HONAUG. hom. 2,6,2 Pater et Filius et spiritus sanctus . . . propter individuam unitatem unus est Deus; . . . causam . . . unitatis trium in naturae -e constituit *Augustinus.* 2,6,4 unitas singularitatis et unitas -is communiter in Deo sunt. *ibid. al.*

***individuatio,** -onis *f.* *actio qua res singulares a generalibus separantur, distinguuntur – das Werden eines Individuums, 'Individuation' (t. t. philos.; de re v. J. Ritter u. F. K. Gründer, Hist. Wb. d. Philosophie. IV. p. 295sqq.):* HUGO HONAUG. div. 18,7 haec propria -o. ALBERT. M. phys. 1,3,2 p. 40,58 cum intellectus abstrahat a materia, quae causa est -is, non potest esse particulare in intellectu. metaph. 3,3,10 p. 148,97 cum . . . materia sola principium sit -is et nihil sit singulare nisi materia vel per materiam. intellect. 2,1,4 p. 509b,15 eadem forma est in possibili intellectu et in materia, sed ab intellectu nullam accipit -em. *ibid. al. v. et l.68.p.1713,29.*

***individuativus,** -a, -um. *ad individuationem pertinens – sich auf die Individuation beziehend, 'individuativ' (usu subst.):* ALBERT M. eth. II 1,5,12 p. 73b,12 particularitatis . . . una est causa et duo signa: causa quidem individuatio per materiam: -um . . . entis scilicet est et esse praehabet.

individuitas, -atis *f.* **1** *natura indivisa, integritas – Ungeteiltheit, Vollkommenheit:* EPIST. Hildesh. 134,28 p. 214,16 G. V. amicorum amicissimo sincere dilectionis -em *(sc. optat).*

[Orth-Müller]

2 *natura indivisibilis, individua – Unteilbarkeit:* **a** *gener.:* CONST. Melf. 1,17 cum . . . nos *(sc. imperator)* . . ., qui prohibente -e (-em, indivinitate *var. l.*) persone ubique personaliter esse non possumus, ubique potentialiter esse credamur. (*sim.* CONST. imp. II 344 p. 452,2 ˹per -em˺ [-e *var. l.*] persone. CHART. Ital. Ficker 423 p. 433,46). **b** *philos.:* ALBERT. M. intellect. 1,1,7 p. 488a,5 natura intellectualis est separata substantia a materia: omnis autem -s est per materiam, et ideo intellectum dixerunt *(sc. Peripatetici)* universalem. **3** *inseparabilitas – Untrennbarkeit, Unzertrennlichkeit (de matrimonio):* ALBERT. M. sacram. 258 p. 169,38 quae *(substantia matrimonii)* est -s vitae et consensus. sent. 4,30,12 utrum inter beatam Virginem et Ioseph fuerit -s vitae. eth. II 8,3,8 p. 550b,22 semper cohabitant *(sc. vir et uxor)* et individuam vitam coniugaliter viventes sortiuntur, et hanc -em lege et consensu inter se invicem confirmant. *ibid. al.*

***individuo,** -are. *usu absol.: l. 27. individuum reddere (pass.: fieri) – zu einen Individuum machen (pass.: ein Individuum werden):* CONSTANT. AFRIC. theor. 2,1 p. 5br,25 membra . . . genitalia sunt facta, ut specificentur individua, et ut -rentur specificata (*item* MAURUS [?] anat. II p. 10,17). ALBERT. M. anim. 3,2,3 p. 181,98 quod ipse *(intellectus possibilis)* sit ab omni -ante eum denudatus, et tamen unusquisque homo habeat suum intellectum proprium. nat. anim. 2,12 p. 37,41 anima rationalis fundamenta habet vegetativum et sensitivum, per quae determinatur et -atur. metaph. 3,2,10 p. 129,21 quae *(proprietates materialis principii)* sunt . . . fundare, -are, participare. summ. theol. II 1,4,1,1,2 p. 61a,4 quae *(materia)* principium individuationis est, in qua -atur universale ad esse particularis. *ibid. al. usu subst.:* ALBERT. M. metaph. 7,3,5 p. 361,56 'intellectualia . . . ' singularia 'dico ut' singularia 'mathematica, sensibilia' autem dico 'sicut aerea' vel per aliam materiam mobilem -ta, sicut 'lignea'.

adi. **1. *individuans,** -antis. *individuum reddens – individualisierend:* ALBERT. M. eth. I 509 p. 436,81 particularia, secundum quod huiusmodi quantum ad condiciones -es sunt sine determinata veritate, sed *eqs.*

2. *individuatus, -a, -um. *individuum factus, individuus – individualisiert, individuell:* ALBERT. M. anim. 2,3,3 p. 100,49 'scientia . . .' est eorum, quae actu 'universalia' sunt, et haec sunt abstracta non solum a materiae praesentia, sed etiam ab omnibus, quae accidunt formae, secundum quod est in materia -a.

subst. ***individuans,** -antis *n. quod individuum constituit – individuelle Eigenschaft:* ALBERT. M. resurr. 13 p. 244,12 cum . . . -ia causentur a materia, quae non est communis omnibus individuis, oportet, quod *eqs.* div. nom. 4,29 p. 136,60 remotis . . . -bus non remaneret nisi id, quod commune est. metaph. 11,2,3 p. 485,77 quidquid . . . restringitur ad situm et locum, oportet, quod restringatur per aliquid -s. eth. II 7,1,6 p. 477b,33 communis ratio hominis in ipso a propria sua ratione parum differebat: non enim differt nisi per rationem -is, per quod universale, quod in intellectu est, determinatur ad sensibile. *ibid. al. v. et p.1714,26.*

individuus, -a, -um. **1** *adi.:* **a** *gener.:* **α** *non divisus, totus – ungeteilt, vollständig, ganz:* BERTH. chron. B a. 1077 p. 298,2 Sigifridum capellanum suum . . . supposuit *(sc. Heinricus)* . . ., ut sibi ad ingruentia bella ope -a praesidio assisteret. ANNAL. Rod. a. 1123 p. 704,39 terra haec Embriconis sita est . . . infra terminos Affedensis aecclesiae sub -a sui integritate. ANNAL. Ianuens. IV p. 76,8 transmeavit cum quatuor galeis . . . domina Beatrix . . . nolens, quod est -um, segregare. **β** *non separatus, unus – nicht getrennt, gemeinsam: v. l.14.* **γ** *inseparabilis, fidelis – unzertrennlich, treu:* FORM. Wisig. 14 p. 581,20 dominae -ae sponsae meae . . . ego *(sc. salutem dico).* REGINO chron. a. 746 p. 42,23 cum tertio a coco crudeliter cederetur *Carlomannus*, indignatus ille c o m e s -us (induuius *var. l.*) suae peregrinationis, quod *eqs.* (a. 906 p. 152,14. VITA Bonif. III 22. *al.; sim.* HROTSV. Gall. I 13,7 -um sodalem). RICHER. REM. hist. 3,2 dux continue ei *(regi)* -us assidet. LAMB. HERSF. annal. a. 1071 p. 130,18 cum . . . eum *(gladium)* dux Otto filio Dedi marchionis . . . in argumentum pignusque -ae dilectionis ad tempus prestitisset. *al.* **b** *philos., log., theol.:* **α** *indivisibilis, indissecabilis – unteilbar:* ABBO FLOR. calc. 3,6 unitas rationis amica, simplex et -a, etiamsi in multis sit sensibiliter distributa. OTTO FRISING. gest. 1,55 p. 78,5sqq. ea *(Platonitas)* . . . a dividendo -a, a partiendo particularis . . . dicta; nec opponas, quod potius a dividendo dividuam quam -am dici oporteat. ALBERT. M. metaph. 10,2,9 p. 455,72 'quaecumque' sunt omnino '-a (*p. 1058a,18* ἄτομα) entia' sicut particularia, nullarum 'habent' differentiarum 'contrarietatem', quia non differunt nisi per materiam. summ. theol. I 10,44,2 p. 348,39 nihil . . . est -um in particulari, nisi quod dividuum est in natura. *al. v. et l. 49. 50. de s. trinitate:* CONC. Merov. p. 165,4 quoniam nos -a trinitas, quemadmodum spiritu, corpore quoque in uno copulavit conventu, debemus *eqs.* LIBER diurn. 83 p. 91,5 de sanctae et -e trinitatis misterio. DIPL. Ludow. Germ. 13 p. 15,25 in nomine sanctae et -ae trinitatis. GODESC. SAXO fragm. p. 29,26 unaquaeque in trinitate persona nihil sit aliud quam propria specialis et -a singulorum substantia et essentia. *persaepe.* **β** *singularis – einzeln, 'individuell':* HUGO HONAUG. div. 14,1 ab huiusmodi *(sc. scaenicis)* personis translatum est nomen ad quoslibet homines -os. ALBERT. M. veget. 2,57 sunt partes officiales ad officia vegetabilis animae in plantis propter salutem -ae substantiae plantae deputatae (*sim.* 2,88). animal. 1,556 stomachus . . . nutritur ad conservationem suae substantiae -ae tribus modis: *eqs.* phys. 2,1,4 p. 82,13 dicitur . . . -a substantia, secundum quod est in eo collectio individuantium, quae non possunt in alio reperiri. *ibid. al.* **2** *subst. neutr. i. q. singulare, exemplum – 'Individuum', Exemplar:* **a** *def.:* GERHOH. (?) tract. I 6 est . . . -um, cuius proprietatum collectio in nullo alio eadem invenitur (*sim.* ALBERT. M. sent. 3,6,2 p. 128a,12). **b** *exempla:* FRID. II. imp. art. ven. prol. p. 6,4 aves rapaces . . . docentur venari simul eandem predam et consentire -is sue speciei et alterius. 5 p. 175,14 -a unius speciei audaciora sunt aliis eiusdem speciei. ALBERT. M. animal. 2,53 in quolibet genere uno et eodem animalium -a, quae sunt plurium dentium. 4,52 nullum . . . animalis -um invenitur, quod pedem sinistrum habeat maiorem quam dextrum. metaph. 3,2,5 p. 120,56 'utrum oportet existimare prima' et altissima 'generum' esse 'principia aut ultima' specialissima, quae immediate 'praedicata' sunt de '-is (*p. 998b,16* ἀτόμων)'. *saepe. v. et p. 1712,26.1713,20.47.*

adv. **individue.** *script.* -ę: *l.51.* **1** *indivise, sine divisione – auf ungeteilte Weise, ohne Teilung:* RADBERT. corp. Dom. 21,204 ille *(spiritus sanctus)* . . . haec omnia donorum possidet, ecclesia vero per partes -e (dividue *var. l.*), sicut eidem placuerit, qui se dividit in singulis. ALFAN. premn. phys. 2,89 p. 45 siquidem -e (*PL 40,577A* ἀμερίστως) dividi eam *(animam)* dicerent *Manichaei* ut vocem in audientibus, moderatum esset malum. HUMB. Sim. 3,24 p. 229,30 monas . . . individua suae naturae beneficio etiam dividua individuae unioni reducit et -e (-ę *var. l.*) conectit. *al.* **2** *inseparabiliter – unzertrennlich, innig:* FORM. Marculfin. 6 p. 117,7 ut . . . -e amore Christi nos alterutrum diligamus *(sc. pontifices).*

***indivinator,** -oris *m.* (in *et* divinator; *cf. ital.* indivinatore; *v. Battisti-Alessio, Diz. etim. ital. III. p. 2005 s. v.* indivino) *divinator – Wahrsager (pro cognomento):* CHART. Tirol. notar. I 227 (a. 1236) investivit *presbyter Trentinus* Iohannem Maçagatam . . . de una pecia terre vineate . . ., cui coheret ab una parte Henghelerius, ab alia Albertinus I-r . . .; et Albertinus I-r det tenutam.

1. *indivinus, -a, -um. *non divinus – ungöttlich:* ALBERT. M. sent. 2,1,5 p. 17a,15 dixit *(sc. Plato)*, quod materia prima et deus . . . et mens essent idem et nihil esset principium universi nisi illud, cum tamen sit omnium -ius et imperfectius.

2. *indivinus, -i *m.* *(ital.* indivino; *v. Battisti-Alessio, Diz. etim. ital. III. p. 2005)* *divinator, propheta – Wahrsager, Prophet:* ALBERT. M. Matth. 4,1 p. 82,72 tertii *(deserti tirones)* sunt probatissimi spiritualium intellectuum duces . . ., sed contraiacentes tertiis sunt -i actibus huius vitae abducti. SALIMB. chron. p. 538,25 Mutinenses intrinseci habuerunt quendam Brixiensem, qui se dicebat esse astrologum et -um. p. 637,34 interrogavit *abbas de Canossa* quendam -um, qui predi-

cebat futura.

indivise *v.* indivisus.

indivisibilis, -e. **1** *qui dividi non potest, indissecabilis, impartibilis – un(zer)teilbar:* **a** *def.:* BEDA temp. rat. 3,29 minimum autem omnium, et quod nulla ratione dividi queat tempus, atomum graece, hoc est -e sive insectibile, nominant *(sc. auctores).* ALBERT. M. summ. theol. II 1,4,2,1 p. 80b,41 cum in Graeco ἄτομον idem sit quod 'indivisibile' in Latino: componitur enim ab α, quod est privativum, et τέμνω, quod est 'divido'. **b** *exempla:* ALFAN. premn. phys. 2,112 p. 50 haec *(animalium membra)* ... in alteram speciem -ia (*PG 40,589A* ἄτμητα). 3,22 p. 55 quod ... est sine magnitudine et sine tumore et -e (*PG 40,600B* ἀμερές) secundum partem locali circumscriptione non eget. GERB. geom. 2,3 punctum est parvissimum et -e signum, quod graece symion dicitur. ALBERT. M. veget. 4,18 lapides sunt solidi et -es. caus. univ. 1,1,1 p. 3,25 Deus ... et noys et materia ab uno fluunt principio -i secundum substantiam. mot. proc. 1,2 p. 50,5 linea -is *(cf. p. 1716,29).* ANON. mus. Sowa 1 p. 94,27 quarum *(semibrevium figurarum)* minor -is est in sono, eo quod non potest in sono amplius minorari. *persaepe. v. et l.66.* *usu subst.:* ALFAN. premn. phys. 1,12 p. 7 non ... solum univit *Creator* essentiam -ium (*PG 40,508B* ἀτόμων) secundum partem, sed et singula adinvicem coniunxit proprie. HUGO HONAUG. hom. 2,68,1 -e ... sui simplicitate reducitur ad eum modum unitatis, quem diximus superius unum simplicitate. ALBERT. M. gener. 1,5,15 p. 164,13 'unumquodque -ium (*p. 326a,1* ἀδιαιρέτων) necessarium est dicere' etiam 'impassibile'. Iob 21,13 'et in puncto', hoc est in fine, quasi in -i temporis, 'ad inferna descendunt' per mortem. *ibid. al. v. et l.65.* **2** *inseparabilis – untrennbar, unzertrennlich:* **a** *in univ.:* VITA Rimb. 5 eum ... episcopus -em suae legationis comitem esse constituit. HILDEG. scivias 3,7,412 circuiens ventus cum umiditate et calore est in -i emissione in hominis spiratione. **b** *de Christo eiusque natura:* GODESC. AQUENS. opusc. 1,8 p. 71,5 Christus, Mariae filius, in filio Dei inseparabilis, -is, irrecessibilis loco et tempore (*sim.* 1,16 p. 79,12). EBERH. BAMB. epist. 8 p. 505A passus est Deus, non deitas, persona videlicet filii Dei, non illa natura, quae illi cum Patre et spiritu sancto una et eadem est inseparabilis et -is. *al.*

adv. **indivisibiliter.** **1** *individue – unteilbar, untrennbar:* **a** *gener.:* LAMB. ARD. hist. 6 p. 566,10 Audomarensia predia ... et Archarum ... predia ... Flandrie partibus -r usque hodie continuata sunt atque coniuncta. CHART. Xant. 200 p. 134,42 duximus *(sc. decanus et capitulum)* statuendum, quod ... singule prebende singulis altaribus inseparabiliter sint annexe, ita quod ... sacerdoti ... prebenda simul cum altari -r conferatur. **b** *philos. et theol.:* HINCM. Remig. 7 p. 275,16 videbimus, quomodo unum divisibiliter tria sint et -r tria unum. RATHER. quadrag. II 33,598 spiritus, qui est utique Pater et Filius et spiritus sanctus, unus Deus, singillatim spiritus, -r spiritus, qui est super omnia et per omnia. ALBERT. M. phys. 8,1,1 p. 550,73 Deum numquam agere nisi tota potentia sua, cum sit sua potentia -r simplex. metaph. 11,2,9 p. 494,73 quod incorporaliter et -r est in causa prima et immensurabiliter, hoc in intelligentia quidem est immaterialiter. *ibid. al.* **2** *inseparabiliter – unzertrennlich:* TRANSL. Bened. 5 (MGScript. XV p. 482,10; s. IX.) iuncti ... simul tamdiu -r sibi *(sc. Arnulfo)* adhesere *(sc. exsecutores visionis)*, quousque *eqs.* CONST. imp. III 171 tantus amor tantaque nos *(sc. regem Romanorum)* cura sollicitant ad perfectam vobiscum *(sc. rege Anglorum)* pariter et cum vestris indissociabilis amicicie contrahendam -r unionem.

indivisibilitas, -atis *f.* *natura indivisibilis, individua – Unteilbarkeit:* HUGO HONAUG. hom. 2,75,1 sciendum est, quod omne -e unum numero quoque est unum. ALBERT. M. bon. 329 p. 182,93 prima ... unitas est -s Dei. sent. 2,3,9 p. 75a,29 indivisibilium non est unum indivisibilius alio, sed simplicitas ponit -em. phys. 1,2,2 p. 20,41 non potest dici, quod omnia entia sint eadem '-e (*p. 185b,16* ἀδιαίρετον)'. metaph. 5,1,8 p. 228,42 res ... separantur per hoc, quod dividuntur ab aliis; sed -s ipsa principium est separationis ab aliis. *ibid. al.* *de numeris:* HIER. MOR. mus. 16 p. 79,28 differunt ... pariter par et impariter par in hoc, quod pariter par sectionem recipit usque ad minorem terminum, impariter autem par non secatur usque ad -em.

***indivisim** *v.* indivisus.

indivisio, -onis *f.* **1** *status indivisus, divisio non facta – Ungeteiltheit, das Nichtgetrenntsein:* ALBERT. M. bon. 1 p. 1,14 bonum est -o (in divisione *var. l.*) actus a potentia (*item* 4 p. 3,39sqq. cael. hier. 2,8 p. 29,21). div. nom. 1,36 p. 20,26 nec ... unum addit aliquam naturam super esse, sed tantum modum quendam, qui consistit in privatione -is (divisionis *var. l.; sim.* metaph. 4,1,6 p. 167,21). metaph. 5,1,7 p. 226,80 'universaliter' ... omnia 'inde' nomen et rationem accipiunt 'unius', unde ⌞'-em habent⌟ (*p. 1016b,5* μὴ ἔχει διαίρεσιν)'. 5,1,9 p. 231,34sq. -o causa est unius, ... divisio, quae est -i opposita, causa est multitudinis. summ. theol. I 6,24,3 p. 148,88 divisio et unio sive divisio et -o. *ibid. al.* **2** *unitas – Einheit:* ALBERT. M. nat. bon. 328 aureola ... non debetur -i (divisioni *var. l.*) virginis, sed integritati. 329 p. 117,65 virgo habet opera et fidem ... et insuper corporis integritatem et adhuc patientiam in carentia viri solatii; et apponit his tribus ⌞-em cordis, quia⌟ (in divisione corporis qua *var. l.*) tantum cogitat, quae Dei sunt.

***indivisivus,** -a, -um. *individuus – unteilbar:* GERHOH. (?) tract. II 9 trinitas -a in unitate et unitas indiscreta in trinitate non habens in se aliud et aliud vel diversum a diverso.

indivisus, -a, -um. *script.:* -dev-: *l.69.* -ss(us): *l.67.* **1** *non divisus, individuus – ungeteilt:* **a** *gener.:* **α** *in univ.:* AETHICUS 8 haec omnia *(sc. caelum et firmamentum)* habuit ipsa massa inseparabilis et -a in informe illa materia simul constituta. Ps. BOETH. geom. 233 si sint duae rectae lineae, quarum una ... est -a *eqs. (cf. p.1715,18).* ALBERT. M. animal. 2,104 multi ... piscium carent ramis illis, sed habent intestina -a. 13,49 quaedam interiorum membrorum sunt divisa in duo ... sicut renes; ... integra et -a (*p. 669b,13* μονοφυῆ) voco, quae subiecto eadem sunt, quamvis forte quaedam signa divisionis sint in eis, sicut cor et pulmo. intellect. 2,1,3 p. 507b,27 dixerunt *veteres philosophi*, quod sit simplex *intellectus* ... et quod ⌞-ae⌟ sint ⌞intelligentiae⌟ (*cf. p. 1016b,1* νόησις ἀδιαίρετος) in ipso. *al.* *de s. trinitate:* HRABAN. epist. 20 p. 426,27 sancta Deus trinitas et -a unitas. GODESC. SAXO theol. 1 p. 89,5 Deus trinitas et -a unitas est trina et una sanitas atque suavitas. ARNO REICHERSB. apol. p. 193,21sq. si quidem Christus non solum in se -us est, sed et in nobis -us esse debet. *ibid. al.* **β** *non fissus, solidus – ungespalten:* ALBERT. M. animal. 2,12 non est visum aput nos, quod aliquod animal habens -um pedem in corneo sotulari. 2,26 porci, qui sunt in regione, quae dicitur Larea Cortina ..., non habent fissum pedem neque fissam ungulam, sed soleam unam habent in pede -am (*p. 499b,14* μώνυξι). **γ** *integer, totus – vollständig, ganz:* EPIST. ad Wrat. 5 p. 394,22 ut Deo catervulam nostram incolumem -amque servante ... vota expleamus. **b** *iur. i. q. communis – gemeinsam, gemeinschaftlich:* CHART. Sangall. A 386 p. 6,13 (a. 843) quicquid proprietatis ... visus sum *(sc. Adalhart)* habere, ... sive divisum habeam cum meis coheredibus seu -um. CHART. Mog. A II 473 p. 779,7 cum eo *(Ekehardo)* convenimus *(sc. conventus)*, ut hec arva nostra ille vel heres suus -a per plures colonos teneat, ne forte, si fuerint partita et in plurium heredum possessiones distracta, labor nobis recolligendi oriatur. CHART. Westph. IV 799 p. 424,32 de agris ignotis et -is, si seminati fuerint, et dubitatur, quo vel cui pertineant, decima solvetur. *al.* *subst. neutr. i. q. possessio communis, commune – gemeinschaftlicher Besitz, Gemeingut:* DIPL. Karoli III. 36 p. 62,37 tria mansa ... cum omnibus ... appendiciis eorum, terris scilicet ..., cultis et incultis, divisis et -is *(saepe in pertinentiis chartarum).* PETR. CAS. (?) chron. 4,18 p. 487,18 hec ... omnia ... cum villis ..., cultum, incultum, divisum, -um ... ad ius pertinuerant antiquitus monasterii Casinensis. REGISTR. Trident. III 13 p. 239,1 rendit *Naximbenus* fictum omni anno decimam partem pro -sso. CHART. Bund. 1051 p. 499,29 quam *(partionem)* ... Conradus et Zirius ... habent inter se et communia et inde-a ... in tota valle de Saxamo. *al.* *locut. adv.* pro -o *i. q. non discretis partibus, coniunctim – gemeinschaftlich, zusammen:* CONST. imp. II 172 (a. 1232) si quis infra minores annos positus cum aliquo consanguineo suo

[Orth-Müller]

bona pro -o possideat, deinde *eqs.* ACTA imp. Winkelm. I 534 p. 435,6 bona seu possessiones . . ., quas . . . pro diviso vel -o habent *(sc. episcopus et alii)*. CHART. Sangall. C 2040 p. 206,16 quam *(Annam)* ego *(sc. Chunradus)* et monasterium . . . possidere *(sc. iure servitutis)* debemus pro -o. *saepe.* **2** *non separatus, una vivens – nicht getrennt, zusammen lebend (usu plur.):* CAPIT. reg. Franc. 218,1 de fratribus -is . . . volumus, ut, si duos fuerint, ambo pergant, si tres fuerint *eqs.* **3** *inseparabilis – unzertrennlich, innig:* GESTA Magd. 8 p. 381,4 ut . . . eos *(canonicos et monachos)* . . . dilectio iungeret -a. SPEC. virg. 3,726 quę *(stultitia)* superbię comes est semper -a. OLIV. hist. reg. 1 p. 84,9 Petrus heremita exhortator optimus et -us comes fidelissimus. *al.*

adv. **indivise** *vel* **indivisim.** **1** *sine divisione – ungeteilt, ohne Teilung:* LIBER diurn. 84 p. 98,8 ex quibus *(naturis, i. deitate et humanitate)* eum *(Christum)* veraciter subsistere credimus, in eisdem inconfuse, inseparabiliter et -e et esse et contemplari nihilominus prędicamus. ARNO REICHERSB. apol. p. 92,38 in quem *(Christum)* -e omnem potestatis suae plenitudinem . . . contulerit *Pater*. LAMB. TUIT. Herib. 2,23 p. 250,4 cuius *(vestigii)* sura -e inheserat fęmori. **2** *inseparabiliter – unzertrennlich:* VITA Ludow. Pii praef. p. 282,4 quarum *(sc. virtutum)* ille ita comitatui -e adhesit, ut *eqs.* **3** *coniunctim – gemeinschaftlich, in Gemeinschaft:* CHART. Brixin. 104 p. 110,8 (a. 1241) dominus electus debet infeudare ducem Meranie et comitem Tyrolensem de feodis eorum -m. CHART. Lamb. Leod. add. 15 p. 250,29 quicquid residuum fuerit . . ., ad usus cedet communitatis, ita quod, si voluerint *(sc. Otto et alii)* -m tenere, teneant. *al.* **4** *in toto – ganz, vollständig:* CHART. Duisb. 27 p. 60,3 (a. 1224) solvetur . . . census iste simul et -e singulis annis in octava pasche.

indivulsus, -a, -um. **1** *inseparabilis – unzertrennlich, innig:* EPIST. Worm. I 26 p. 48,8 eximię iuventuti Wormatiensium . . . R. Moguntinus . . . amicitiam -am, fidem inconcussam. EPIST. Ratisb. 19 p. 341,21 cum horum omnium *(vitiorum)* '-um' me 'comitem' *(ex Macr. Sat. 1,11,25)* sciam, non possum non lugere. ANNAL. Magd. a. 969 p. 150,40 dilectio . . . -a. *ibid. al.* **2** *intactus, integer – unangetastet:* CHART. Basil. C I 26 p. 20,8 (a. 1135) ut . . . hęc rata et -a permaneant, sigilli nostri impressione firmavimus (*sc. episcopus; sim.* CHART. episc. Hild. I 263 p. 242,30. CHART. march. Misn. II 447). CHART. Gosl. II 108 p. 175,24 ut . . . hec donacio . . . stabilis permaneat et -a. *al.* *Orth-Müller*

indo, -didi, -ditum, -ere. *script. et form.: inf.: praes.* indidere *(cf. Stotz, Handb. 4,VIII § 115.5): p.1718,15. perf.* indisse: *p.1718,5. indic. perf.* indedit: *l.67. p.1718,41. usu refl.: l.59. confunditur c.* induere: *p.1718,47.*

I *inserere, inferre – hineingeben, -legen, einfügen:* **A** *proprie (in imag.: l.55):* **1** *in univ.:* WALAHFR. hort. 279 -ta caldae et vires et odorati fermenta saporis praestat *sclarega*. 437 volis ingentia mala capacibus -unt *pueri*. GODESC. SAXO gramm. 2 p. 475,17 qua *(parte anuli)* . . . solet . . . sigilli gemma seu lapis inseri vel -i. THEOPH. sched. 3,94 cineribus . . . panno -tis. *al.* *in imag.:* MILO carm. 3,4,1,523 mentis . . . tuae has *(figuras)* -e *(sc. lector)* cruminis. **2** *c. colore quodam:* **a** *inicere – hineinwerfen:* EUPOLEMIUS 1,677 Saturnius hostes . . . -idit Ethne speluncis *(v. notam ed.).* **b** *refl. i. q. se conferre – sich begeben:* CHRON. Ebersb. II p. 4^{b},34 aper . . . in tutioribus se sylvis -idit et ingessit. **c** *afferre, afficere – zufügen:* WALAHFR. hort. 365 si quae . . . calybs . . . vulnera membris -erit nostris. **d** *c. sensu addendi ('hinzufügen'):* Ps. BOETH. geom. 939 his . . . minutiis adinventis . . . eis notas -idere (-erunt *var. l.*) *geometriae artis indagatores.* **e** *c. sensu efficiendi:* THEOPH. sched. 3,13 foramen . . . ferro graciliore -tum. **B** *translate:* **1** *donare, tribuere – (ein)geben, schenken, verleihen:* CONC. Merov. p. 196,21 qui *(Dominus)* vestrae *(sc. regis)* gloriae talem -edit mentem, ut *eqs.* WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 93 mihi *(sc. Balderico episcopo)* gaudia . . . quidam collega . . . -idit. ALFAN. premn. phys. 1,20 p. 9 animalibus . . . ingenia . . . ad salvationem -idit (*PG 40,512^{A}* ἐνέθηκεν) *creator*. DIPL. Conr. II. 184 p. 244,10 ex -ta nobis Dei misericordia. ALBERT. M. sent. 2,18,6 p. 321^{a},11 si . . . ista, quae usitate fiunt, -idit *Deus* illi primae rerum conditioni, ut sic fieri necesse esset, oporteret, quod . . . -erit, ut ita fieri possent. *saepe.* **2** *memorare – erwähnen, einfließen lassen:* PETR. DAM. epist. 109 p. 213,25 in epistola quoque, quam Blancae comitissae direximus, haec nos indisse videmus.

II *(super-, im)ponere – setzen, (auf)legen, (an)bringen (in, an, auf; translate):* **A** *obi. res:* **1** *strictius:* **a** *c. notione scribendi, delineandi, exprimendi sim.:* **α** *in univ.:* ABBO FLOR. calc. 1,1 quae verbotenus . . . prosequebar, karitatis obtentu iniunxerunt *fratres*, ut . . . paginis -rem. OTLOH. vis. 7 sanctę crucis signum sibi -erunt *fratres*. *fort. huc spectat:* WALAHFR. carm. 47,6,1 in alio *(sc. capulo cultelli):* quid natura mihi simulata, quid -at imago, dic prudens uno nomine *(? de forma crucis).* **β** *in chartis:* CHART. Stab. 32 p. 79,24 (a. 857) scedule nostre nomina *(sc. virorum)* -idere previdimus *(sc. donatores)*. CHART. Sangall. B 58 p. 66,8 ex quibus *(sc. populi)* prędpuorum huic cartae -ta sunt signacula. DIPL. Heinr. I. 28 manus . . . nostrae confirmatione -ta. CHART. Carinth. V 273 p. 172,22 nomina eorum . . ., qui presentes fuerunt, membrane -idi *(sc. plebanus). al.* *adde:* CHART. Stir. I 552 p. 523,5 (a. 1173) quorum *(testium)* . . . hos tantum, qui per aurem trahi poterant, hic -endos censuimus *(sc. marchio).* **b** *c. notione tradendi i. q. assignare – beilegen, 'geben':* LIUTG. Greg. 7 p. 72,34 nomen suum . . . -tum est ab . . . pontifice Bonifatius, qui antea Winfridi vocabulo censebatur *(sim.* HRABAN. epist. 14 p. 403,4. WALAHFR. hort. 272. BERNOLD. CONST. chron. a. 1088 p. 470,4. *al.).* EIGIL Sturm. 13 p. 144,20 monti vocabulum (*sim.* THIETM. chron. 7,59). *saepe.* **2** *latius:* **a** *committere – anvertrauen:* WALAHFR. Wett. 117 antiqui quas *(artes)* auribus -unt nobilium. HROTSV. gest. 560 cura cui *(comiti)* conservandae fuit -ta domnae. **b** *dedicare – widmen:* PURCH. Witig. 400 largitor studii talis tibi, Christe, volenti iura potestatis sex taliter -idit annis. **c** *relinquere, reservare – vorbehalten (für):* WALAHFR. carm. 89,3,11 nonum *(sc. annum)* placuit brevioribus -ere summis. **d** *attribuere – zuteilen:* HRABAN. carm. 4,1,10 tu Deus . . . proemiaque iustis poenamque merentibus -is. **e** *instituere – gründen, stiften:* HRABAN. carm. 3,26 invenies *(sc. imperator)* illic divinae famina legis . . ., caelestis regis sacramenta potentia cultu -ta, quae tribuunt dona superna piis. *c. sensu concipiendi:* IONAS BOB. Ioh. 5 quam *(regulam)* beatus Macharius -edit (in *periit A1*, illis dedit *A2*).

B *obi. homines:* **1** *destinare – vorsehen (für), 'weihen':* VITA Ludow. Pii 28 p. 378,3 ut, quicumque ex servili conditione . . . ad ministerium adsciscerentur altaris, primum manumittantur a propriis dominis . . . et tunc demum gradibus -antur (induantur *var. l.*) altaris. THANGM. Bernw. 51 p. 780,21 (chart.) loco . . . monastici ordinis -idi personas. **2** *sociare – beigesellen:* WALTH. SPIR. Christoph. II 3,121 cuius *(Olympi)* me laribus . . . ⌞sanctio fontis⌟ *(i. baptismus)* -idit. **3** *ascribere – zuschreiben:* HRABAN. carm. euang. 30 ille *(Iohannes evangelista)* . . ., qui caeli contemplans gaudia recte divinaque videt, aquilae probus -itur arti.

adi. **inditus,** -a, -um. *insitus, innatus, proprius – angestammt, angeboren, eigen:* SALOM. III. carm. I 1,2,299 ocia sectari . . . me lex illa monet, laribus que mentis inheret; hanc contra pugnat, que membris -a constat. ALFAN. premn. phys. 1,53 p. 14 propter . . . sensibilitatem -am (*PG 40,520^{B}* ἐνδοθεῖσαν) corpori. ALBERT. M. metaph. 11,1,8 p. 470,64 quae *(essentiae)* -ae sunt materiae. Iob 39,1 p. 457,27 tangit hic leges -as animalibus. CHART. ord. Teut. (Thur.) 276 secundum vim sibi *(homini)* -am. *al.* *usu praed. pro adv. fere i. q. intus – etwa: darin (pleonastice):* ERMENR. ad Grim. 1,5,92 multa . . . in divinis libris -a repperiuntur, quae grammaticis contraria esse videntur.

indocibilis, -e. **1** *indoctus – ungebildet: v. p.1719,10.* **2** *qui doceri non potest – unlehrbar:* ALBERT. M. div. nom. 2,76 p. 92,26 ad . . . 'fidem' . . . '-em' (*PG 3,648^{B}* ἀδίδακτον), idest, quae per humanam doctrinam perfecte haberi non potest. *usu subst. neutr.:* ALBERT. M. epist. Dion. 9 p. 535,53sqq. per -ia nihil constituitur in veritate; ergo videtur incompossibile, quod dicit, scilicet quod symbolica theologia 'collocat in

[Pörnbacher]

Deo' per '-ia' (*cf. PG 3,1105*^{D} ταῖς ἀδιδάκτοις μυσταγωγίαις). p. 536,12 symbolica sunt -ia simpliciter, sed secundum quid docibilia, quia non docentur, secundum quod significant nomina, sed secundum eorum significata.

indocibilitas, -atis *f.* δυσμάθεια, *indocilitas – Unbelehrbarkeit:* ALBERT. M. animal. 1,435 si . . . est *cervix* defixa, signat -em et contumaciam *(v. notam ed.).*

indocilis, -e. *indoctus, incultus, imperitus – unge-, unverbildet, unerfahren:* **1** *spectat ad homines:* **a** *in univ.:* PAUL. DIAC. Lang. 1,4 apud -es (indocibiles *var. l.*) . . . et barbaras nationes. WOLFHARD. Waldb. 2,9 qui *(puer)* adhuc in tenera aetate cor -e possidens et immaturis visceribus . . . torpescens. CARM. de bello Saxon. 3,118 nec minus assuetae bellis . . . phalanges -i turbae dictant discrimina pugnae. **b** *ignarus – unkundig:* CARM. imag. 1,7,4 s<c>ribendi -is *Anno.* **2** *spectat ad equos:* **a** *insuetus – nicht gewöhnt (an):* EKKEH. IV. pict. Sangall. 136 caballi ˹-es sellę˺ (gloss.: sellam numquam passi). **b** *indomitus – ungezähmt:* EKKEH. IV. bened. I 38,125 -es (gloss.: indomiti) . . . caballi. **3** *spectat ad res i. q. non idoneus, non potens – nicht geeignet, ungeeignet, nicht imstande (zu; in imag.: l. 23):* WOLFHER. Godeh. II prol. p. 197,42 ut . . . iusti memoriam quamvis -i taxatione proponam. IUSTIN. Lippifl. 17 tu *(sc. Simon praesul)* lapis -is frangi.

indocilitas, -atis *f.* δυσμάθεια, *indocibilitas – Unbelehrbarkeit: v. p. 1408,52.*

indoctus, -a, -um. *compar. usu subst.: l. 38. ineruditus, imperitus, inexercitatus, stultus – ungelehrt, ungebildet, unerfahren, ungeübt, töricht (interdum spectat ad fidem, doctrinam christianam, e. g. l.31.37):* **1** *spectat ad homines:* **a** *in univ.:* CONC. Karol. A 5 p. 39,34 conduxit *(sc. haereticus)* episcopos -os, qui se contra praecepta canonum absolute ordinarunt (*sim.* 46^{B},4 de sacerdotibus -is). LIUTG. Greg. 3 ob vicinitatem paganorum et -am plebem (*sim.* CARM. de Frid. I. imp. 1261 plebs -a). NOTKER. BALB. gest. 1,9 doctissimus Albinus ex ipsorum *(patrum)* comparatione . . . se -issimum iudicans. FROUM. carm. 10,14 presbiter ut fias, tempus . . . poscit et ętas; . . . nos humiles, nos -i maneamus. *saepe. usu subst.:* CONC. Karol. A 44^{A} p. 479,18 ne ab -ioribus et infirmioribus adorarentur *imagines*. OTLOH. prov. D 66 doctus ab -o poterit bona discere. CONR. MUR. summ. p. 44,8sq. utrum *(sc. littera mittatur)* -o vel illitterato, vel docto vel litterato; si . . . mittit -o *eqs.* **b** *inutilis – unfähig (zu):* HILDEG. scivias prol. l. 11 timida es ad loquendum et . . . -a ad scribendum ea *(sc. quae vides).* OTTO FRISING. gest. 1,47 p. 67,5 natandi. *saepe.* **2** *spectat ad sermonem, doctrinam sim.:* VISIO Tnugdali p. 4,15 accipite *(sc. abbatissa)* . . . munusculum simplicis stili et -e lingue. *al. in lusu verborum:* IDUNG. PRUF. argum. 22 insensata sententia et -a doctrina.

adv. **indocte.** *imperite, ignoranter – aus Unwissenheit:* STEPH. Wilfr. 14 p. 208,23 servum Dei . . . Ceadda . . . in sedem episcopalem . . . -e contra kanones constituerunt *(sc. episcopi quartodecimani).* LIBRI Karol. 1,5 p. 131,18 quae vel arroganter vel -e a Constantino . . . ad . . . papam . . . scripta sunt. 1,13 p. 163,17 -e et inordinate. *al.*

***indolabilis,** -e. *qui dolari, caedi non potest, indolatilis – zum Behauen, Bearbeiten ungeeignet, unbehaubar:* ALLEG. sapient. 27 p. 478^{a},57 radix stoliae est corpus -e. ALBERT. M. miner. 1,2,5 p. 20^{a},16 latomi . . . lapides dolabiles dolant ad regulam secundum totam superficiem lapidis; -es, qui comminuibiles sunt, non in tota superficie dolantur. anim. 3,4,6 p. 236,5 est . . . Lesbe insula quaedam habens lapides -es. Iob 39,28 silices indomabiles sunt ferro et -es. *ibid. al. cf.* *dolabilis.

***indolabilitas,** -atis *f. natura ad dolandum non habilis – zum Behauen ungeeignete Beschaffenheit: v. vol. III. p. 924,43.45.*

indolentia, -ae *f. indoles – Anlage (cf. ThLL. VII/1. p. 1220,22.39):* CHART. Carinth. III 1445 p. 560,27 (a. 1194) ut per hoc *(scriptum)* -e hominum, que oblivioni est dedita . . ., obvietur. *cf.* *indolitia.

***indoleo** *v.* indolesco.

indoles, -is *f. (m.: p. 1720,10.47. adde* WILLIB. Bonif. 8 p. 45,10. *al.) script. et form.:* yd-: CHART. Rhen. med. III 851. ?-ot(es): *l.16. sing.: nom.* -is: THIETM. chron. 1,19 *(a. corr. A).* CHRON. Thietm. 1,19. *al. gen.* -es: *l.52. abl.:* -i: *l.28. (?an indecl.)* -es *vel* -is: *l.51. acc. pl.* -is: *l.16. usu plur.: l.16. c. gen. inhaerentiae: l.28.31.*

1 *de natura, condicione, proprietate:* **a** *strictius i. q. habitus naturalis, virtus, ingenium – Naturell, Anlage, Neigung, Begabung:* **α** *in univ.:* LIBER diurn. 84 p. 94,19 etsi virtutum -es nequaquam in nobis *(sc. episcopo)* est. ALCUIN. Willibr. 1,3 (MGMer. VII p. 118,11) b o n i (bone *ex* bene *corr. 2a.b*, bonae *pars codd.*) -is puer (VITA Meinw. 160 p. 84,2 bonę. *saepe*). AGIUS vita Hath. 2 futurae -is speciem praetendens. POETA SAXO 2,145 qui *(filius)* par genitori -e m e n t i s erat (2,488. 4,282). THANGM. Bernw. 1 p. 758,48 hominibus acceptae -is gratia . . . episcopo . . . familiaris efficiebatur. *persaepe. v. et p. 1721,3. fort. huc spectat:* CHRON. Ven. Alt. p. 49,29 archiepiscopus ista ystoria composuit per -tis *(cod., -is ci. Simonsfeld)* intelligentie et alia scripsit . . . per artis intelligentie. **β** *spectat ad originem, stirpem, genus:* HROTSV. lib. 1 praef. 7 clementia regiae -is Gerbergae. UFFING. Ida prooem. p. 471,7 ex regali . . . -e. WALTHARIUS 28 nobilis . . . Hagano fuerat . . . tiro -is e g r e g i a e veniens de germine Troiae (THANGM. Bernw. 1 p. 758,13). ODILO CLUN. Adelh. 15 auguste -is Otto. TRAD. Teg. 290^{a} preclarę -is comes. *al.* **b** *latius:* **α** *flos, vis – Blüte, Kraft:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 894 p. 125,2 Karolus puer -e iuventutis. EPITAPH. var. II 68,3 iuvenis laetabar *(sc. abbas)* in -e carnis, sed caro dum viguit, mors inopina subit. **β** *gradus, dignitas – Stand, Würde:* LULL. epist. 98 p. 218,20 gubernatrici . . . inclitae pubertatis -i, . . . integritatis vestimento . . . decorate . . . salutem (*cf. l.38; sim.* HUGEB. Wynneb. 7 p. 112,34 cumque . . . Dei famulus magisteriale dignitatis -e subditis . . . preesset). HUGEB. Willib. praef. p. 86,21 sacerdotalis infule honore ditatis presbiteris preclareque -is diaconibus *eqs.* GODESC. SAXO theol. 18 p. 251,15 ut assensum praebeas nemini umquam, quantaelibet sit -is, auctoritatis, famae. THEOD. TREV. mirac. Celsi 5 in eodem . . . coenobio crevit quidam monachilis -is parvulus. *al. meton. in allocutione:* BONIF. epist. 9 p. 4,30 inlustrem pubertatis tuae *(sc. Nithardi)* -em precor . . ., ut *eqs. (cf. l.28).* NOTKER. BALB. gest. 2,10 p. 67,8 epistolam ad vestram -em direxit *abbas.* **2** *de subole:* **a** *proprie:* **α** *progenies, filius – Nachkomme, Kind, Sohn:* HIST. Daret. p. 199,22 ad Pherecides -em . . . revertamur. ANSO Ursmar. 2 (MGMer. VI p. 454,24) genitores effebum -em auctoribus sanctarum scripturarum tradiderunt. *al.* **β** *puer, adolescens, iuvenis – Knabe, junger Mann (usu attrib.: l.46):* IONAS BOB. Ioh. praef. p. 326,5 anno tercio regni domni Clotharii regis -is. FORM. Augiens. C 4 ad eundem *(sc. in Domino acceptum)* inpuendum -em. HARTW. Emm. 7 benedicta -es <s>previt affectus faciles. VITA Annon. IV 1,3,3 e castris trahitur nobilis -es, . . . ut studiis vacet. *al.* **b** *meton. i. q. pueritia, adulescentia – Kindheit, Jugend:* VITA Eucher. 13 (MG Mer. VII p. 52,25) quem *(famulum)* . . . ab -es (-is *p. corr. 1, sic rell.*) aluerat. VITA Desid. Cad. 2 p. 564,17 sub -es (in dolos *a. corr. 2*; adolescentiae *3*) adhuc annis. *al.*

indolesco, -ui, -ere *vel* ***indoleo,** -ere *(cf. Stotz, Handb. 2,VI § 176). usu impers.: l.69.*

dolore affici, lugere, indignari – Schmerz empfinden, leiden (unter), betrübt sein, traurig werden, bedauern: **1** *in univ.:* HEIRIC. Germ. I 3,196 -let eque . . ., quo iaceant *(sc. cadavera),* monstrare iubet. RUOTG. Brun. 29 his . . ., qui hoc *(sc. lectionem)* ita non amabant, . . . -uit. ABBO FLOR. calc. 1,2 -ui liberalium artium disciplinas . . . labefactari. DIPL. Heinr. IV. 49 p. 64,4 (interp.) quod *(sc. calamitates)* . . . imperator . . . -uit. CHRON. Andag. 77 p. 187,13 videres . . . religiosas . . . personas tantam pro iusticia persecutionem, non secus quam qui patiebatur, -lere. DIPL. Heinr. II. 519 (spur.) audito detrimento rerum . . . aecclesiae conpatientes -uimus . . . sceleribus (*sim.* HIST. peregr. p. 122,22). *al. impers. i. q. dolet – es schmerzt, tut weh:* WOLFHER. Godeh. I 33 p. 191,55 episcopo . . . -uit. **2** *compungi – Reue empfinden:* HERM. AUGIENS. vit. 278 ni se forte reę . . . sciant vel -cant *sorores*. WARN. paracl. 342 ut, qui stat, timeat; spe miser -eat.

***indolitia** (-cia), -ae *f. (cf.* indolentia *[v. ThLL. VII/1. p.*

[Pörnbacher]

1220,22.39]; de formatione v. Stotz, Handb. 2,VI § 48.1) indoles – Anlage, Begabung: **1** *strictius:* SALOM. II. epist. 24 p. 409,30 eius *(pueri)* perpendens -am (indolem *B*) necnon et tantum in tali aetate ingenium. **2** *latius i. q. dignitas – Würde (meton. in allocutione):* FORM. Sangall. II 43 p. 426,25 obsecro *(sc. magister)* dilectissimam ... -ciam celsitudinis vestrae *(sc. discipulorum)*, ut *eqs.*

***indoloratus,** -a, -um. *dolore non affectus – schmerzunempfindlich:* ALBERT. M. bon. 135 p. 90,38 Aristoteles ponit unum, qui superabundat intimiditate nihil timendo, ... et vocat eum inanimosum vel -um (*cf. p. 1115^{b},26* ἀνάλγητος), si nihil timet, neque terrae motum neque *eqs.* 139 p. 91,88 qui intimiditate abundat, ... in sustinendo ... dicitur -us, eo quod non sentit pericula. *usu subst. masc.:* ALBERT. M. bon. 135 p. 90,52 sunt *abundantiae* ... tres verae, ... inanimosi ... sive -i et audacis et timidi vere existentes.

***indolorosus,** -a, -um. *indolorius, doloris expers – schmerzlos:* ALBERT. M. animal. 22,94 dentes pulli equini ... suspensi super puerum, cui dentes cadunt, facient egressum festinum et -um.

indomabilis, -e. *qui domari non potest, invictus, durus, ferus – unbezwinglich, ungezähmt, unbeugsam, wild:* **1** *de hominibus eorumque affectibus sim.:* **a** *in univ.:* GESTA Font. p. 4,19 barbaricas ac -es eorum *(civium)* mentes nectare ... doctrinae debriabat *praesul.* WIDUK. gest. 1,10 p. 17,20 genus hominum -e. DIPL. Karoli M. 245 p. 345,28 (spur.) Saxones ... ob sue pertinatiam perfidie ... -es (domabiles *var. l.*). WOLFHER. Godeh. II 1 nos Saxones ... verbo Dei diu -es. MIRAC. Donat. (MGScript. XIV p. 178,54) vigor. THEOD. TRUD. Bav. 43 p. 251^{A} furor. RUD. TRUD. gest. 4,1 p. 247,12 -i inquietudine. RUP. TUIT. dial. 1,340 superbiae -is *homo.* ANNAL. Magd. a. 969 p. 150,47 populus ... -i corde. HIST. peregr. p. 164,23 gens ... ferrea ferro -is. *al.* *per enallagen:* IORDAN. SAXO princ. 32 -is hereticorum rebellio. **b** *immoderatus – ungezügelt:* EPIST. Worm. I 67 p. 112,25 quidam ex nostris senio eos superante ... reticere possent, iuvenes ... paulo -iores ... districtionis pati iuga recusant. **2** *de bestiis:* NOTKER. BALB. gest. 2,15 p. 79,12 praecepit *Pippinus* adduci taurum ... animis -em. ALBERT. M. animal. 6,101 vaccarum ... feminae tempore coitus ... ita quod quasi -es sunt a pastoribus nec in pascuis possunt contineri. 23,122 hanc *(hirundinem)* avem et murem dicunt esse -ia (*cf. Plin. nat. 10,128* indociles), sed ego *eqs.* **3** *de silice: v. p.1719,62.*

***indomatio,** -onis *f.* *ferocia – Wildheit, Ungestüm:* IORDAN. RUFF. equ. 2 p. 5,1 propter -em suam *(sc. equi).*

indomatus *v.* indomitus.

***indominicalis,** -e. (dominicalis) *dominicus – herrschaftlich, Herren-, Fron-:* CHART. Rhen. med. I 368 p. 425,40 (epist. papae a. 1069) sine terra -i sunt XIV mansi.

adv. ***indominicaliter.** *secundum pertinentiam ad dominium, modo dominii – als Herrengut, Fronland:* DIPL. Frid. I. 84 comes ... prediorum advocatiam de manu regia -r tenet.

***indominicata** *v.* *indominico.

***indominicatio,** -onis *f.* **1** *dicio dominica – herrschaftliche Verfügung:* CHART. Lux. I 385,7 (a. 1135) bona abbas ... colet ..., donec ... heres redeat et de manu ... bona sua de -e liberata recipiat. CHART. Rhen. med. III 312 p. 250,26 sive sit terra arabilis, ortus, domus vel pratum, obstrictum erit ecclesie eo iure -is, quo et terra demonstrata. **2** *ager dominicus, dominium, fundus – Fron-, Salland, Domäne, (Grund-)Besitz:* GESTA Lob. 9 p. 314,22 (chart.) vendidit *abbas* ... -es ecclesiae, cuius custodie *eqs.* CHRON. Andag. 58 p. 130,25 decima ... fisci, videlicet -is. *cf.* *dominicatio.

***indominicatum** *v.* *indominico.

***indominicatura,** -ae *f.* *ager dominicus, dominium, fundus – Fron-, Salland, Domäne, (Grund-)Besitz:* CHART. Stab. 117 (a. 1085) dedit *abbas* ei *(Mazoni)* in vadimonio curtem nostram ... cum tota -a absque decima. CHART. Lamb. Leod. 26 p. 39,1 ex sua -a prebente *episcopo* mihi ... beneficia tradidi *(sc. Ermengardis)* ... partem possessionis mee. CHART. Stab. 154 p. 312,12 de -a de Wanenge. 156 p. 318,9 que *(mansio)* ad -am nostram pertinebat. 275 p. 517,4 de -a (in dominicaturis *A*) ... imperatoris ... et ... archiepiscopi decimam in Andernaco nos habere. CHART. Laus. 630 in -is episcopi. *al.* *cf.* *dominicatura.

1. *indominicatus, -us *m.* *de formis decl. II. v. l.55sqq.* *ager dominicus, dominium, fundus – Fron-, Salland, Domäne, (Grund-)Besitz:* DIPL. Zwent. 16 p. 47,4 concessimus ... decimam ... abbaciae tam de -u (dominicatu *a. corr. C*) quam de fratrum ... causis et beneficiis. HILLIN. Foill. 14 (MGScript. XV p. 926,47) contigit ... equitem per culturam -us ecclesiae transire. *cf.* 1. dominicatus.

2. *indominicatus *v.* *indominico.

***indominico,** -atum, -are. *script. et form. partic. perf.:* -micat(us): DIPL. Zwent. 70 p. 206,37 *(C).* -ad(us): *l. 30. abl. sg.* -u: HIST. Walc. 54 p. 528,24.

dominio addicare – dem Fronland hinzufügen, 'verfronen' (de formatione et signif. cf. Stotz, Handb. 2,VI § 120.5 [v. et § 103.2 adn. 28]): CHRON. Andag. 4 p. 12,10 (dipl. Ludow. Pii) que *(res)* ... non -te, sed in beneficio constitute fuerunt. CHART. Lux. I 385,6 si qua bona ... -ta fuerint, primo anno abbas ... censum accipiet.

adi. **indominicatus,** -a, -um. *qui domini est, dominicus – dem Herrn zustehend, verfront, Herren-, Fron-:* **1** *de bonis, praediis:* **a** *de significatu:* CHART. Rhen. med. III 312 p. 250,20 (a. 1227) pro ipsis *(sc. residuis carradis)* terram -am, que vulgo dicitur vronede, vel terram feodalem ostensuri *homines.* p. 250,29 ad terram ... feodalem sive -am. **b** *exempla:* DIPL. Arnulfi 2 ego Pipinus et uxor mea ... donavimus ... villam proprietatis nostre ..., m a n s u m videlicet -um *eqs.* (COD. Lauresh. 13 l. 11. DIPL. Ludow. Germ. 61. *saepe. sim.* FORM. Pith. B praef. p. 648 cum manso -do. COD. Lauresh. 3384 curiam. *saepe*). CAPIT. reg. Franc. 128,7 invenimus in eodem loco *(sc. insula Staphinseie nuncupata)* curtem et casam -am cum ceteris aedificiis. REGISTR. Foss. I 9 habet in Mairiaco mansum -um cum casa ...; habet ibi de vinea -a iuctos ... C, de terra arabili -a *eqs.*; est ibi capella -a. REGISTR. Prum. 1 terra (EPIST. Wibald. I 58 p. 101,13sqq. *al.*). HIST. Walc. 16 p. 511,39 de ... -is beneficiis nonam sibi retinuit *rex. persaepe. v. et l.51. vol. II. p. 691,37.* *huc spectare vid.:* DIPL. Ludow. Germ. 126 p. 176,30sqq. accepimus ... tres hubas ⌞in dominicum⌟ *(?leg.* -as *ed.)* et hůbas serviles vestitas ..., dedimus *eqs.* **2** *de ecclesiis, capellis sim. ('Eigenkirche'; de re v. A. Hedwig, ZRGKan. 109. 1992. p. 1sqq. et HRG ^{2}I. p. 1267sqq. s. v.):* DIPL. Otton. III. 2 p. 396,11 episcopus ... eidem dominae -um monasterium ... habere consensit (*inde* WIDR. [?] Gerh. I 1,21 p. 503,18 -a monasteria). GESTA Vird. cont. I 9 p. 49,3 tradidit *comes* ... duas aecclesias cum capella -a. DIPL. Loth. III. 119 p. 193,3sq. confirmamus ... domum -am et capellam -am et liberam. *v. et l.35.* **3** *de tributo, decima:* DIPL. Arnulfi 64 p. 96,2 decimas omnes -as ... permittimus habere (*sim.* 128 p. 191,33 decimam -am). DIPL. Otton. I. 70 p. 150,43 ut ... de vineis -is ... decimam -am ... concederemus. CHART. Rhen. med. I 255 p. 312,10 omnem -am decimationem. *al.* **4** *de servitio:* DIPL. Ludow. Germ. 112 p. 161,6 concessimus ... de territorio ad opus -um ipsius episcopi colonias VI.

subst. **indominicatus,** -i *m. vel* **indominicata,** -ae *f. vel* **indominicatum,** -i *n.* *ager dominicus, dominium, fundus – Fron-, Salland, Domäne, (Grund-)Besitz:* CAPIT. reg. Franc. 274,3 ut ... proprietates illorum *(sc. infidelium)* in nostrum -um recipiantur. TOMELL. hist. 6 (MGScript. XIV p. 152,32; dipl. Karoli Calvi) ex -o (dominicato *1*) ... necessaria suppleantur. DIPL. Karoli III. 137^{a} ad nostrum -um. 144 quicquid ... de nostro -o est. DIPL. Conr. III. 116 p. 208,4 licet congregatio tua *(sc. abbatis)* ... decimationem de -is nostris in Ingelnheim habuerit. GESTA Lob. 13 de ceteris -is episcopalibus. 27 p. 333, 13 quas *(culturas)* mansionarii colendas tenebant, ad -um ecclesie revocavit *Gerardus. al.*

***indominicus,** -a, -um. (dominicus) **1** *adi. i. qui domini est, dominicalis – Herren-:* REGISTR. Prum. 44 mansa XLIX cum manso -o. **2** *subst. masc. vel neutr. i. q. curia dominicalis, dominium – Herrenhof, -gut:* CHART. Lux. II 282 p. 303,24 (a. 1235) pertinent ad hospitale terra ... arabilis ..., decime -orum nostrorum *(sc. dominorum)*, scilicet *eqs.*

[Pörnbacher]

indomitus, -a, -um. *script. et form.* -mat(us): *l.18. superl.* -issimus: *l.20. struct. c. gen. (vel abl.): l.30. usu subst.: l. 35. confunditur c.* domitus (domatus): *l.8.*

I *a feritate naturali non aversus, ferus, brutus, incultus – ungezähmt, unbändig, wild:* **A** *proprie de bestiis:* **1** *in univ.:* Lex Ribv. 40,11 aucceptorem -o pro III solid. tribuat *(sc. si quis weregeldum solvere coeperit).* Pactus Alam. 24,1 si cervia -a (domita, domata *var. l.*) fuerit occisa. Capit. reg. Franc. 233,21 ut de ... gregibus equarum vel gregibus porcorum -orum (-os *1*) nulla pigneratio fieri debeat. Vita Phil. Cell. 3 aviculae. *saepe.* **2** *non mansuefactus, non ad obsequium aut naturam cultiorem redactus – ungebändigt:* Vita Galli I 5 p. 44,3 iussit *pontifex* presbitero, ut introduceret duos equos -os de ipsius iumentę. Pactus Alam. 3,7 si -us fuerit *(sc. armentum).* Chart. Burgenl. I 113 (a. 1208/20) dedit *Bentho* ... VII equas -as. 246 VI equos -os. *saepe. v. et p.1719,19.* **B** *translate:* **1** *de hominibus:* **a** *in univ.:* Steph. Wilfr. 13 p. 208,9 pauci christiani feroces et -atos (-os *var. l.*) paganos ... obruerunt. Notker. Balb. gest. 2,12 p. 70,10 propter ... infestationem -issimorum (-orum morum *var. l.*) Saxonum. Hrotsv. Pel. 24 Saracenorum gens -orum. Widuk. gest. 1,18 p. 28,16 ferarum ... more viventes *(sc. gens Avarum)*, inculti et -i. Herbord. Ott. 2,1 p. 61,2 gens ... naturali quadam feritate ... erat -a et a ... fide christiana ... aliena. *saepe. in iunctura:* comes -us *i. q. comes silvester – 'Wildgraf':* Conr. Mur. clip. 62 -i comitis niger ac albus fore scitur *(sc. clipeus; v. notam ed.).* **b** *effrenis, immoderatus – zügellos, unbeherrscht (in lusu verborum: l.32):* Arbeo Emm. 12 pater ... ˹temporalis glorie˺ (temporalis gloria, temporali gloria *var. l.*) -us (superbus *var. l.;* elatus Vita Emm.; *cf.* Meginfr. Emm. 9 altioris dignitatis fastu intumuit). Hrotsv. Gong. 466 raptus *armiger* amore suae -ae (-o *ci. Celtes*) dominae. **c** *invictus, liber – unbezwungen, frei (usu subst.: l.35):* Aethicus 67[d] terra *(sc. Scythiae; per enallagen de incolis)* ab aevo ... -a. Carm. Bur. 135,4,2 -os tibi subicies *(sc. Amor).* **d** *barbarus – ungebildet:* Burch. Ursb. chron. p. 65,8 nec eisdem *(legibus)* recte utuntur *Alamanni* tanquam gens agrestis et -a. *expressius de paganis ('heidnisch'):* Wandalb. martyr. 784 Andreas ... apostolus ..., qui -os verbo ... subegit Achaeos. Vita Bonif. II 7 gentes adhuc -as destinavit adire Fresonum. Ruotg. Brun. 37 p. 39,10 velut -a barbaries ea, quę videbatur ecclesię proles (*sim.* Metell. Quir. 14,12 -ę barbariei). **2** *de arboribus sim. i. q. silvester – wild wachsend, 'Wild-': v. vol. III. p. 970,35sqq.* **3** *de rebus (?per enallagen: l.45):* Hrotsv. Gong. 565 exagitat *meretrix* caput -um. *v. et l.20.*

***ingrandino,** -are. (in *et* grandinare) *caedere, verberare – schlagen, eindreschen (auf):* EKKEH. IV. cas. 36 p. 82,16 rapto flagello . . . hominem . . . intro capite tractum totis viribus a dorso -at *(sc. Ratpertus).*

***ingrano,** -are. (in *et* granum) *confunditur c.* ingravare: *l. 5. in grana redigere – zu Granen verarbeiten:* ACTA imp. Winkelm. I 1004 p. 767,22 (a. 1278) quodlibet miliare est cantariorum quatuor et quando -atur, ut laboretur in sicla, minuitur ex ingranatura libri XXXV. *v. et l.5.*

***ingrassatio** (incr-), -onis *f. furor, saevitia – das Wüten:* CHART. Argent. I 346 p. 258,32 (a. 1251) propter multorum inc-em et maleficii detestationem penas ante statutas contra huiusmodi sacrilegos aliquantulum duximus *(sc. praelati civitatis et alii)* exaggerandas.

ingrasso *v.* incrasso.

ingrassor (incr-), -atus sum, -ari. **1** *intrans.:* **a** *diffundi – sich verbreiten, um sich greifen, 'grassieren':* CONC. Merov. p. 168,21 inc-atur temeritas. ANNAL. Formos. a. 1089 (MG Script. V p. 36,17) pestilentia ignearia -ta est. **b** *furere, saevire – wüten:* ANNAL. Rup. Salisb. II a. 1258 dominus Phylippus intellecta sua depositione furiali modo contra canonicos et ministeriales -atur. **2** *trans. i. q. persequi, vexare – verfolgen, quälen:* EPIST. Teg. II 178 p. 211,8 consolatus sum in eo *(sc. abbate)*, quem elegistis *(sc. Werinherus et alii)* . . . nec lupum Frisigensem vos diu -antem *(ci. Pez;* ingrasscente *cod.)* infringere permisistis.

ingratis *adv. non volenter, casu – unwillentlich, unabsichtlich:* ANNAL. Altah. a. 1015 Ernust dux Alemannorum in venatione -s (ex inproviso ANNAL. Hild.) sagittatus interiit.

ingratitudo, -inis *f.* **1** *animus ingratus, defectus gratiarum actionis – Undank(barkeit):* EPIST. Hildesh. 127 beneficiorum, que a nobis *(sc. imperatore)* recepistis, aut oblivionem ostenditis *(sc. comes)* aut -em. CHART. Turic. 865 -is est suis benefactoribus nolle beneficiis condignis respondere. CARM. Bur. 36,1a,5 nulli maius vitium quam -is imputatur. *al. theol.:* ALBERT. M. sacram. 189 p. 122,38 revertuntur *(sc. peccata)* propter -em. summ. creat. I 4,58,2 p. 608a,15 si est dispositio ad malum, hoc est iterum duobus modis: aut enim disponit directe ad malum, sicut peccata venialia . . . et -o . . . aut *eqs. ibid. al.* **2** *importunitas, offensio – Unleidlichkeit, Kränkung, Ungunst, Ungnade:* LEO MARS. chron. 1,61 p. 623,26 (rec. II) cum iam ab eo *(filio)* . . . vilipendi cepisset *Hugo* et molestias quasdam atque -es pati, . . . in Burgundiam . . . recessit. GESTA Trev. cont. III 5 p. 382,48 quae *(controversia)* -em et rancorem plurium quorundam contra eum *(archiepiscopum)* suscitaverat. CHART. Gosl. I 534 caveatis *(sc. consules et cives)*, ne regiam -em contra vos provocetis. CHRON. Reinh. a 1214 p. 584,23 imperator . . . -em pro gracia sibi impensa rependit. *al.*

***ingratuitas,** -atis *f. importunitas, immanitas – Unverschämtheit, Abscheulichkeit:* IULIAN. TOLET. Wamb. 9 p. 508,46 (add.) Gallorum -s vestrum *(sc. primatum)* inflammet animum, quia Franci illos semper servitute miserabili oppresserunt, quos *eqs.*

ingratus, -a, -um. **1** *sensu act.:* **a** *gratiam non referens, gratiae immemor – undankbar (in figura rhet. litotes q. d.: l. 68):* EINH. Karol. prol. p. 2,5 -us . . . iudicari possem, si tot beneficiorum . . . inmemor clarissima . . . gesta silentio praeterirem. HROTSV. gest. 605 venit . . . in mentem . . . regem . . . -um fore . . . donis tantae pietatis. BERNOLD. CONST. chron. a. 1084 p. 439,1 rex Ungarorum . . . emulum suum . . . ad uxorem suam ire permisit, licet -am. CHART. episc. Halb. 375 p. 337,18 ut praefata ecclesia accepti beneficii non -a . . . unam missam . . . singulis mensibus decantet. *saepe. v. et p. 1362,62.* **b** *non contentus, indignans – unzufrieden, ungehalten:* CHRON. Fred. 4,71 multum exinde *(sc. regina humiliata)* regis Francorum et Franci essint -i. WIPO gest. prol. p. 8,19 non oportet esse aliquem in huius operis calce -um. CHART. scrin. Col. A I 1 p. 15,1 in presencia omnium -is fratribus meis propositum stabilivi *(sc. Udo). al.* **2** *sensu pass. i. q. gratia non dignus, iniucundus – des Dankes, der Gunst unwürdig, unwillkommen, unerfreulich:* **a** *de rebus (in figura rhet. litotes q. d.: l. 8.9):* HRABAN. epist. 3 p. 385,16 congruum esse iudicavi, ut ego . . . aliquod munusculum, licet non condignum, tamen, ut credo, non -um tuae venerationi deferrem (*sim.* 18 p. 422,36 expositiunculam . . . non -am [ingratiam *var. l.*]). WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 55 reliquis . . . vindicta superstes protrahat -am vario discrimine vitam. WIPO gest. 6 p. 28,4 in quibus *(gestis Chuonradi)* tantum gloriae eminet, ut de minoribus silere nemini fiat -um. *al.* **b** *de hominibus i. q. invidiosus – missliebig, unbeliebt:* VITA Liutb. 32 p. 38,20 quae me . . . fata impia tangunt, quibus . . . me . . . -am atque Deo perosam aspicio. EKKEH. IV. bened. I 17,57 scripserat -us (gloss.: nullas gratias habiturus) populis tria signa Pilatus. BERTH. chron. B a. 1075 p. 229,5 cui *(Herimanno episcopo)* . . . Roupertus . . . pene omni clero et populo -us supponebatur.

adv. **ingrate**. **1** *animo ingrato – undankbar:* HRABAN. epist. 33 p. 466,41 in quo *(cantico Deuteronomii)* beneficia Dei erga priorem populum demonstrantur, et quam -e idem populus ea susceperit. **2** *invite – mit Unwillen, ungern:* HRABAN. carm. 38,2 scribendi -e non spernas *(sc. Hatto)* . . . laborem. GEBEH. AUGUST. Udalr. 1 nisi a quadam inibi inclusa commonitus . . . quamvis -e desisteret ab appetitu vitae theoricae. EKKEH. IV. cas. 90 p. 186,6 quod *(sc. Ekkehardum nepti doctorem concedere)* dum abbas -e quidem concederet et avunculus dissuaderet, ille *(Ekkehardus)* tamen nihilominus, quę petitus est facere, pertenderat. *locut.* -e ferre *i. q. indignari – mit Unwillen ertragen, ungehalten sein (über):* VITAE abb. Acaun. 5 (MGMer. VII p. 333,6) episcopus -e ferens, quod corpore ei absentaretur, blandis eum sermonibus liniebat, quem *eqs.* **3** *sine gratia – ohne Gunst, Gnade:* EKKEH. IV. pict. Mog. 64 flocci putat ille (gloss.: creator) sativa (gloss.: in sudore vultus damnativa et -e nata).

ingravanter (-aba-) *adv. non aegre, libenter – ohne Verdruss, nicht ungern:* FORM. Wisig. 25 spero honorificentiam vestram, ut eam *(sc. voluntatem)* -banter recensere mandetis.

ingravatio, -onis *f. molestia – Belästigung:* ACTA imp. Winkelm. I 479 (a. 1241) mandamus *(sc. Conradus)*, quatenus <eos> *(sc. monasterium et conventum)* ab -e *(ed.,* ingeneratione *cod.)* Henrici . . . defendas *(sc. iudex provincialis).*

ingravesco (incr-), -ere. *script.:* -vasc(o): *l.55.* -visc(o): *l. 47. (paulatim) graviorem fieri – (allmählich) heftiger werden, zunehmen:* **1** *in univ.:* CHRON. Fred. cont. 2 p. 169,1 quo *(odio)* -iscente (inc- *var. l.*). WIPO gest. 13 p. 34,13 excitato tumultu bellum undique coepit -ere. BERENG. TREV. laud. 3,8 p. 975D misericordiae vacavit *(sc. imperator)* operibus, ut in saecularibus rebus eo minor ei labor per singulos -ret dies, quo *eqs.* **2** *de morbo i. q. aggravescere – sich verschlimmern:* LIUTG. Greg. 14 crescente eadem molestia *(sc. paralysi)* et -ente per singulos dies. AGIUS vita Hath. 19 morbus -ere . . . coepit. PETR. DAM. epist. 85 p. 458,11 cum . . . languor in dies perniciosius -asceret. *al. adde:* AESCULAPIUS 1 p. 1,24 aures -unt, . . . et dentes dolent *(sc. cephalia laborantibus).* **3** *de utero i. q. maiorem fieri, crescere – größer werden, wachsen:* MEGINFR. Emm. 8 (PL 141 p. 978A) filia . . . a cuiusdam iudicis filio . . . compressa consuetae turpitudinis maculam utero -ente detegendam . . . mensura mortis ponderabat. ARNULF. SAG. invect. 1 p. 89,12 facinus -entis uteri tumor excedens et naturalis effectus aperuit.

ingravido, -atum, -are. *partic. perf. usu subst.: l. 66. 68. gravidam, praegnantem facere – schwängern:* HONOR. AUGUST. spec. p. 903C a spiritu sancto impregnata et a verbo Dei virgo sacra -atur. MAURUS (?) anat. II p. 33,24 -tis . . . fit maior *(sc. collum matricis)* pro extensione, quae fit ex conceptione, quam non-ingravidatis.

ingravo, -avi, -atum, -are. **1** *trans.:* **a** *strictius i. q. aggravare, augere – verschlimmern, vermehren (mediopass. i. q. grav[ior]em fieri, aggravescere – heftig[er], schlimm[er] werden, sich verschlimmern):* **α** REGINO chron. a. 891 p.

137,15 -to (gravato *var. l.*) prelio christianorum exercitus ... terga vertit. RUOTG. Brun. 43 p. 46,17 -ta est ... infirmitas. DIPL. Heinr. III. 80 p. 105,9 maxime elaborandum duximus ecclesiam ... luporum dentibus eripere, ne, si quando -retur rabies *eqs*. CHRON. Andag. 95 p. 247,9 Theodericus ... litteris ad fratres destinatis -vit eis ... excommunicationis periculum. *al.* **β** *severiorem facere – strenger machen, verschärfen:* CHRON. Andag. 89 p. 226,21 ceperunt *advocati* ... leges voluntarias adversus ecclesiam -are. **b** *latius i. q. opprimere – niederdrücken:* GESTA Font. p. 78,16 a febre, quam diu protraxerat, -tus (migrans, ingratatus *var. l.*) consortiis humanis subtractus obiit *(sc. abbas).* **2** *intrans. i. q. molestum, infensum fieri – unangenehm, feindselig werden:* CHRON. Andag. 77 p. 192,4 dux ... adversus eum *(Otbertum)* -vit.

ingredior, -gressus sum, -i. *script. et form.:* indug-: *l.26.* incr-: *p.1880,9.61.* *inf.* -eri: *p.1880,13.* *partic. perf.* -esus: *l. 55.* *act.:* *stirp. praes.:* -rent: *l.35.* -ias: *l.69.71.* *inf.:* -ere: *p. 1880,13. 15. al.* -ire: *p. 1880,13. al.* *stirp. perf.:* -ierunt: *p.1880,44.* -ierant: *p.1880,44.* *partic. praes. usu adi.: p.1880,53.; subst.: l.29.p.1880,47.*

inire, introire, intrare – (hinein)gehen (in), sich begeben (in, auf, zu), be-, eintreten (in): **I** *proprie:* **A** *gener.:* **1** *usu vario:* **a** *de anim.:* **α** *trans.:* WILLIB. Bonif. 5 p. 23,17 Franciam ... -ssus est. ARBEO Corb. 18 p. 208,20 vestimento exutus ... marem -ens *Ansaricus.* VITA Galli II 910 ut sub festino nitatur tramite castrum indu-i. WALTHARIUS 291 -itur aulam ... rex. WIDUK. gest. 2,11 p. 76,18 cum armis -ssi sunt *satellites Heinrici* sacram aedem. SIMON sacram. p. 43,2 baptismus hoc seculum -entes Christi caractere signat. *persaepe.* **β** *intrans. vel absol.:* CONVERS. Afrae 1 Narcissus ... nesciens, quo intraret, profugus ad meretricem -ssus est. WETT. Gall. 12 p. 263,29 demonia in mulierum specie nudae ad litus stantes quasi ad balneum -i volentes. WALAHFR. Wett. 246 in aulam angelus -itur. VITA Mathild. I 15 legati scripta ferentes in Italiam -ssi sunt. VITA Erasmi 231 cum ... avidi -rent *(ed.,* -rerent *cod.)* famuli, nil repperierunt. *saepe.* *pendet inf.:* WALAHFR. Mamm. 22,6 horribili prosternere cuncta furore -itur *leo.* **b** *de vita:* RADBERT. corp. Dom. 3,53 ut mater nesciat, quando per eam in illo *(infante)*, priusquam exeat, vita -atur (-antur, -itur *var. l.*). **c** *de fluviis, rivis ('münden'):* CHART. Rhen. med. I 31 rivulus, qui dicitur Detinbach, -itur in fluvio Prumia. NOTIT. Arnon. 6,28 Boninaha in ... Rota -itur. DIPL. Heinr. IV. 244 p. 310,12 (interp. s. XII.in.) Rotenbahc Accheram -itur. *al.* **d** *de rebus:* **α** *introvenire – hineingelangen:* MIRAC. Verenae 18 (ASBoll. Sept. I p. 172; s. XI.in.) ad ecclesiae ianuam venimus singuli singulas candelas in manibus portantes; sed tamen nulla ardens prae valetudine venti -batur. **β** *incidere – hineingeraten:* TRACT. de chirurg. 268 si in aurem ˹-ssum fuerit˺ (inciderit *var. l.*) aliquid, sicut faba. **γ** *infigi – hineinpassen, sich einfügen:* ALBERT. M. animal. 1,263 in quas *(sc. vacuitates spondilis primae)* apte -untur duo additamenta, quae sunt iuxta foramen capitis. **2** *iuncturae notabiliores:* **a** viam -i *(in imag.):* WALTH. SPIR. Christoph. I 4 baculum peregrinationis in manus assumens viam est exultationis -ssus. EPIST. Teg. I 48 -esus est *Cozpertus* viam u n i v e r s a e c a r n i s (THANGM. Bernw. 54 p. 781,3. *saepe.* BERTH. AUGIENS. a. 1079 p. 373,15 u. terre). **b** navem *sim.* -i: ARBEO Emm. 42 p. 93,19 puppem -ssus ... ad portum salubrem ... perrexit. WIDUK. gest. 3,36 p. 121,3 alii naves plus aequo -ssi dimerguntur. OTTO FRISING. gest. 1,46 rex ... cum suis ... Ratisponae naves -itur. *al.* **c** mare *sim.* -i: REGINO chron. a. 887 p. 125,26 Nortmanni a Lovon recedentes Sequanam i-untur. WIPO gest. 22 per Venetiam mare Adriaticum -ssus navigio ... Constantinopolim pervenit *Werinharius.* **B** *astron.:* BEDA temp. rat. 6,93 XV kalendarum Aprilium die ... sol arietis signum -itur. 18,47 sex mensibus exactis ... sol -etur (-itur *var. l.*) partem caeli, qua luna quinta decima circumfertur. **C** *milit.:* **1** *invadere – einmarschieren, einfallen (in):* VITA Sollemn. 9 (MGMer. VII p. 318,9) ne -as *(sc. rex;* -eris, -aris *var. l.)* in hanc regionem, quia Dominus non permisit tibi, amplius ut -as (-i, -aris *var. l.*). EINH. Karol. 10 p. 13,9 cum exercitu Italiam -ssus ... Capuam ... accessit. WALTHARIUS 96 Attila Pannonias -ssus ... exulibus pueris magnam exhibuit pietatem. VITA Heinr. IV. 4 p. 19,6 Saxoniam sepius cum exercitu -ssus. **2** *pervadere – einbrechen (in), durchbrechen:* ANNAL. Pegav. a. 1081 p. 238,15 barbarico more ter Romanorum acies -endo ac regrediendo, quasi tela aranearum caedendo obvios irrumpentes nimia caede in adversarios debachati sunt *(sc. Wipertus et exercitus).* **D** *publ. et iur.:* **1** *in univ.:* CHART. Bund. 971 p. 422,30 (a. 1254) predicti contraentes dederunt ... sibi ad invicem ... licenciam inc-i. **2** *spectat ad immunitatem (cf. HRG II. s. v. 'Immunität'):* FORM. Marculfi 1,3 l. 21 statuentes *(sc. rex)* ..., ut neque vos ... nec nulla publica iudiciaria potestas ... in villas ... ipsius aecclesiae ... ad audiendas altercaciones -ire (-ere, -eri *var. l.*) aut fretas de quaslibet causas exigere ... non presumatis *(sim.* DIPL. Pipp. 5 p. 8,14 ut nullus iudex publicus ad causas audiendum ... -ere non debeat. DIPL. Karoli III. 6 p. 10,18 -i. *saepe.).* **3** *spectat ad irruptionem:* LEX Ribv. 49,3 si ibidem *(sc. in domum)* violenter -ssus fuerit. PACTUS Alam. 21,3 si in curte aliena -ssus fuerit. LEX Baiuv. 11,3 nemo ... -atur alienam domum per violentiam, quia hoc scandalum generat. *al.* **E** *eccl.:* VITA Bertilae 4 (MGMer. VI p. 104,14) quatenus ... ipsa relictam curam regalem sub religionis ordine in supradictum -retur monasterium. *adde:* HRABAN. inst. cler. 1,7 p. 302,19 hi *(levitae)* a viginti quinque annis et supra -bantur, ut ministrarent in tabernaculo foederis. **F** *philos.:* ALBERT. M. metaph. 8,1 p. 389,52 elementum ... est, quod -itur in esse rei. 11,1 p. 478,21 esse deos sensibiles, sensibilibus similes in natura, qui ad homines -rentur ostiis clausis. **G** *techn. et alch. i. q. penetrare – einziehen, einwirken:* ANON. secret. p. 53,17 sal armoniacus ... est ... medium coniunctivum et dissolutivum; nam absque ipso non solveretur aliquid neque -retur (*sim.* p. 76,3). p. 67,22 si ex ea *(borace)* ponitur cum medicinis calcinatis, quae non intrent vel resurgant, resurgunt et -untur cum ea. GEBER. summ. 16 p. 306 ipsos *(spiritus)* ... fixos non est possibile -i, cum terra facti sint, que non funditur. 22 p. 317 non alterat, quod non -itur; ... vitrum et gemmae non -untur ideoque non alterant. *ibid. al.*

II *translate:* **A** *incohare – beginnen, anfangen:* **1** *trans. i. q. suscipere – angehen, antreten:* **a** *gener.:* WILLIB. Bonif. 8 p. 46,4 ubi *(sc. Fresia)* primitus praedicationis studium -ens praemiorum inchoaverat incrementa. LAMB. HERSF. Lull. 2 p. 308,26 hic *(sc. Bonifatius)* regimen pontificale -ssus. CHART. Rhen. med. II 171 p. 214,9 statuit *comes*, ut nullus pugil ... monomachiam -atur. FUND. consecr. Petri p. 143,22 ipsi *(episcopi)* ... propositum -erunt (egredierunt, -erant *var. l.*) versus Romam. *al.* *in titulo libri:* CATAL. biblioth. Ham. p. 55,11 glose Giselberti in librum Porphirii, qui sic incipit: -entibus logicam. **b** *publ. et iur.:* OTTO FRISING. gest. 2,30 p. 138,21 quod quilibet possessor possessionem suam -ssurus nullum condicionis preiudicium pati debeat. CHART. Brixin. 126 dedit *Henricus* ... Conrado licenciam ... sua auctoritate -i tenutam predicti mansi. **2** *intrans. vel absol.:* **a** *in univ. (de tempore):* WALTH. SPIR. Christoph. I 1 qua *(disciplina)* ita ab -entibus ... usus est annis, ut *eqs.* DIPL. Heinr. V. (ed. L. A. Muratori, Antiquitates Ital. I. 1738. p. 601B) anno ab incarnatione Domini mellesimo centesimo sextodecimo, duodecimo die -ente mense Maii, indictione IX. **b** *(dicere) exordiri – anheben:* PASS. Ursulae I 11 vir floridus ... miti responso -ssus: 'noveris', inquit '*eqs.*' 19 p. 156,9 sic econtra -ssa (exorsa *var. l.)* est: '*eqs.*' **B** *adhiberi – (zur Anwendung) kommen:* COMPOS. Luc. X 22 lapis Erebus ... -itur in solidatura argenti. Y 9sqq. lapis pumice ... tritus in cappo novo inc-itur (-itur MAPPAE CLAVIC. 216); ... teritur hutiliter et in compositione auri pro gemmam -itur. **C** *efficere – ausmachen, beeinflussen (usu philos.):* ALBERT. M. eth. II 1,6tit. quid sit per diffinitionem felicitas, et quae -antur diffinitionem eius sicut differentiae. metaph. 8,1 p. 389,52 diffinientia -untur diffinitum.

subst. **ingrediens,** -entis *m.* *inceptor, discipulus – Anfänger, Schüler:* GERB. geom. 1,3 ut ordinatius -is animum ad subtiliora deducamus, ab ipsius artis elementis, quae terminos dicunt, exordium sumamus.

***ingrego,** -are. (in *et* gregare) *associare – beigesellen, zuordnen:* LEX Baiuv. 7,3 si minores personae sunt, quae se in-

[Orth-Müller]

licita coniunctione polluerunt, careant libertate, servis fiscalibus adgregentur (-antur *var. l.*).

1. ingressibilis (incr-), -e. *non aptus ad gradiendum – unfähig zu gehen:* CHRON. Ven. Alt. p. 94,2 iam tempore cum omnibus inc-es (inncresibillis *var. l.*) hic erant stantes, imperator . . . mulieres ante se venire fecit. ALBERT. M. anim. 2,3,28 p. 139,21 '-e (*p. 422a,29* ἄπουν) dicitur' illud . . ., 'quod' omnino privatur gradu aut quod non habet, prout debet habere, sed habet debilem et pravum.

2. ingressibilis, -e. **1** *aptus ad gradiendum – fähig zu gehen:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 51,1 ut singulis animalibus, volatilibus, -bus, in quibus est mas et femina, inesset delectatio in coeundi. **2** *accessibilis – zugänglich:* ALBERT. M. pol. 7,9[l] p. 690a,17 'simile . . . velle muros non circumponere civitatibus et regionem facile -em (*p. 1331a,4* εὐέμβολον) quaerere'.

ingressio, -onis *f.* *pendet acc.: l.21.* **1** *proprie:* **a** *gener. i. q. actio ingrediendi, ingressus, introitus – das Hineingehen, Eintritt, Einzug, Einlass:* **α** *in univ.:* EIGIL Sturm. 14 p. 146,4 ⌞quarto ad locum praedictum -is⌟ (quarto ex quo praedictum ingressi sunt locum *var. l.*) anno Romam profectus est. CALEND. Karol. B p. 480,11 -o Petri apostoli Romam *(v. notam ed.).* VITA Find. 12 artissimo loco inclusus . . . pane . . . post primum annum -is . . . abstinuit. VITA Epiph. 8 p. 126,21 Ticinum . . . ingreditur; . . . sequenti -is suae die decubuit. *al.* *de introitu animae in caelum:* ARBEO Emm. 24 p. 62,12 factum est, ut . . . in celestibus penetraret *anima*, ita ut -es (-is, egressionis, in egressione *var. l.*) sue splendor faciem praesentium fulminaret. **β** *de invasione populi ('Einwanderung'):* VITA Anselmi Non. 1 (MGLang. p. 567,8) anno . . . centesimo . . . octogesimo -is Langobardorum in Italiam. VITA Steph. reg. I 2 (MGScript. XI p. 230,27) erat . . . princeps quintus ab illo, qui -is Ungarorum in Pannoniam dux primus fuit, nomine Geiza. **b** *alch.:* **α** *in univ.:* PS. PLATO quart. 4 p. 164,43 cum fecisset -o earum *(animarum)* in naturam, cessavit separatio earum. **β** *actus penetrandi – das Einziehen, Einwirkung:* GEBER. summ. 39 p. 359 patet per sublimationem spiritus terreitate mundari, que et -em (*postea:* subintrare et penetrare) impediebat et colorem immundum dabat. 48 p. 431 fuit . . . causa inventionis eius *(sc. solutionis)* subtiliatio eorum, quae nec fusionem nec -em habent. *ibid. al.* **2** *meton i. q. aditus – Zugang(sweg), Eingang (usu publ. et iur.):* DIPL. Heinr. IV. 419 p. 559,41 hec omnia . . . cum predicta capella . . . una cum accessis que -bus earum seu cum superioribus et inferioribus earum rerum. CHART. Ital. Ficker 198 p. 250,20 castrum . . . cum . . . universis possessionibus, accessionibus et -bus et aluvionibus. **3** *translate i. q. actio (munus) suscipiendi – (Amts-)Antritt, (Amts-)Übernahme:* PRIMORD. Windb. 3 p. 562,44 anno primo -is venerandi patris . . . Gebehardi . . . consecrata sunt tria altaria. CHART. Babenb. 93 p. 127,4 hic *(sc. Leopoldus V. dux)* . . . post primam -em, qua adeptus est ducatus Stirensis ditionem, . . . advocatiam Admuntensium . . . ad certam . . . deduxit manuscriptionem.

***ingressivus,** -a, -um. *aptus ad intrandum, penetrandum – eintritts-, durchdringungsfähig:* GEBER. summ. 79 p. 578 facit . . . -um (ingressum *var. l.*) esse, quod ei per minima coniungitur. PS. CALID. verb. 2 mutatur spiritus iste in nobilissimum corpus . . ., quod est tinctura viva, multiplicativa, ponderativa, . . . -a.

ingressor, -oris *m.* *qui ingreditur – einer der eintritt:* MIRAC. Adalb. Wirz. 10 p. 62,2 -r . . . nil cunctatus ad lectulum accedit languentis.

ingressus, -us *m.* *form. plur.:* *acc.* -oras: *p.1882,33 (cf. Stotz, Handb. 4,VIII § 47.3 und 47.5).* *abl.:* -is: *p.1882, 31.* -oriis: *p.1882,34.*

actio ingrediendi, introitus, aditus, accessus – das Hineingehen (in), Betreten, Eintritt, Einzug, Eingang, Zugang: **1** *proprie (in imag.: p.1882,1.3):* **a** *gener.:* **α** *in univ. (de introitu in caelum: l.69.):* LIUTG. Greg. 15 p. 79,20 venit ei dies extremus . . . ad -um regni et perpetuae salutis praedestinatus. EIGIL Sturm. 19 p. 154,5 -um regis observans ianuas ei ecclesiae aperuit. THIETM. chron. 6,97 domus . . . obseratur et, ne hostibus facilis pateret -us, omni modo munitur. WIPO gest. 37 p. 57,29 regina . . . quasi in limine vitae -u mortis occubuit. FORTOLF. rhythmimach. praef. p. 429 haec ars . . . inexpertibus . . . tardiorem et non absque labore concedit -um. *saepe.* *meton.:* WALAHFR. carm. 5,66,3 ante -um maioris ecclesiae. RUODLIEB VI 116 <est . . . > in -u ville grandis domus. OTTO FRISING. gest. 1,4 p. 15,16 castrum . . . in -u provinciae in loco munitissimo fundatum . . . delevit *Saxonum gens.* CHART. episc. Hild. I 323 p. 309,1 in -u civitatis . . . hospitale . . . construxit. *al.* **β** *irruptio – Einfall, das Eindringen:* FRAGM. de Arnulfo (MGScript. XVII p. 570,14; c. 937) Heimricus . . . primo -u ab incolis unius civitatis est superatus *(v. notam ed.).* THIETM. chron. 5,12 turba ad rapiendum . . . ecclesiam . . . intrans . . .; si . . . felix fuisset, primi -us acerbitate deterrita numquam maiora aggredi presumeret. OTTO FRISING. gest. 2,16 p. 119,3 quae *(oppida)* ab -u . . . non solum militari ordine, sed etiam armigerorum tumultuationis assultu subversa sunt. *spectat ad animalia:* ALBERT. M. veget. 7,100 cavendum est ab animalium -u, quoniam illa cortices rodunt arborum. **γ** *adventus – Ankunft:* ADAM gest. praef. p. 3,21 ab introitu . . . sancti Willehadi . . . ordiens in tuo *(sc. Liemari)* salutari -u ponam metam libelluli. CAES. HEIST. Engelb. 2,7 p. 259,18 premissi servi comitis cum tanto strepitu -um preanticipaverunt, ut *eqs. al.* **b** *publ. et iur.:* **α** *in univ.:* CHRON. reg. a. 1158 p. 100,10 caesar coronatus Mediolanum intravit multis ante se imperatoribus hoc -u negato. **β** *de viis et iure ad viarum usum spectante (fere meton.):* CHART. Sangall. A 24 (a. 759) quidquid . . . visus sum *(sc. Hetti)* . . . habire terris, edificiis . . ., viis, -us, e g r e s s u s , aquis (FORM. Bitur. 1 p. 169,15. *saepe*). 62 p. 62,7 cum domibus . . ., viis pergendis adque veniendis, -us et r e g r e s s u s (RATHER. chart. [QuellForschItArch. 29. 1938/39. p. 13,4] cum -is et regressibus. *al.*). CHART. Ital. Ficker 27 p. 34,14 (a. 974) predicta braida in campania huius Ticinensis . . . una cum accessionibus et -oras earum (32 p. 45,29. CHART. Carniol. I 67 p. 74,24 -oriis). CHART. episc. Halb. 984 p. 212,22 adiciens *Olricus* . . ., quod nec exitum vel -um pecorum et vectigalium, hominum . . . impediat. *saepe.* **γ** *de ingrediendi interdicto (de re v. HRG II. s. v. 'Immunität'):* DIPL. Merov. I 69 p. 61,47 ut nullus iudex poplicus ad causas audiendum . . . introitum nec -um habire non deberit. DIPL. Arnulfi 123 p. 182,22 ut nullus comes . . . ambulandi -um exigere presumat. **c** *eccl.:* CONC. Karol. A 39B,8 cum . . . huiusmodi religionis gratia monasteria expetiverint *sanctimoniales*, non eis facilis tribuatur -us. REGISTR. abb. Werd. 2,18 p. 42,10 Reginhard tradidit Sancto Liudgero pro -u suo in monasterium omnem hereditatem suam. CHART. Turg. III 465 cum . . . abbatissa et conventus . . . duas filias meas sacre religionis -um plurium affectantes . . . in earum consorcium recepissent. *al.* **d** *liturg.:* PONTIF. Rom.-Germ. 78,1 benedictio reginae in -u ecclesiae. ORD. coron. imp. 20,44 ipsa *(regina)* post regis -um (regressum *var. l.*) a duobus cardinalibus deducta ingreditur ecclesiam. LIBER ordin. Rhenaug. p. 244,1 quo *(custode)* ad -um predicti iuvenis dimisso facimus tres orationes. *al.* **e** *philos.:* OTTO FRISING. gest. 1,5 p. 16,24sqq. generationem . . . accipimus pro -u in quamlibet proprietatem vel . . . pro quolibet -u de non esse ad esse. **f** *natur et anat.:* ALBERT. M. animal. 3,146 cum in somnis sit -us spiritus et sanguinis ad interiora *eqs.* *meton.:* ALBERT. M. animal. 1,361 unus *(sc. ramus nervorum)* . . . ingreditur iuxta -um venae, quae vocatur subetye. **g** *alch.:* GEBER. summ. 79 p. 577 modum permiscendi *(sc. medicinae)* narrabimus, scilicet qualiter unaquaque res in corpus profundissime -um acquirat. **2** *translate:* **a** *initium – Anfang:* LIBER de unit. eccl. 2,40 p. 270,10 statim in ipso ordinationis suae -u . . . interiit *Sergius.* **b** *actio faciendi, componendi – das Eingehen, Schließen:* EPIST. Wibald. I 278 quem *(magistrum)* . . . per . . . pacis -um placare studeret *frater. al.* *Orth-Müller*

ingresus *v.* ingredior.

***ingrossatio,** -onis *f.* *actio crassandi – das Verdicken:* **1** *in univ.:* ALBERT. M. veget. 2,68 impedit *(sc. frigus umbrae)* -em stipitis fieri (*antea:* arbores in nemoribus . . . umbrosis crescunt in altum, . . . nec multum ingrossantur earum stipites). **2** *densatio – Verdichtung:* URSO gloss. 48 sicut -o fit ex partium cumulatione, sic ex cumulatarum rarefactione . . . sequitur

[Clementi]

subtiliatio. ALBERT. M. summ. creat. II 1 p. 116,33 licet fiat -o et attenuatio in partibus humidi nutrimentalis, non tamen variatur dimensio radicalium membrorum. veget. 5,87 ingrossat *(sc. frigiditas in plantis)* exteriora, ita quod contrahuntur et corrugantur; et haec est -o, quam facit frigiditas.

***ingrossativus,** -a, -um. **1** *crassans – dick machend, verdickend:* ALBERT. M. veget. 6,420 nigrum papaver ... est -um (*sim.* 6,439 oleum eius *[sc. sesami]* -um). **2** *densans – verdichtend:* ALBERT. M. summ. creat. II 1 p. 242,55 cum ... calidum sit evaporativum aerei subtilis et subtiliativum aquei et terrestris ..., frigidum per oppositum erit restrictivum aerei et -um, eo quod convertit aereum ad aqueum et aqueum ad terrestre.

***ingrossesco,** -ere. *script.* -oce-: *l.17.18. crassiorem fieri, crassescere – dick(er) werden, sich verdicken:* **1** *in univ.:* CONSTANT. AFRIC. theor. 10,3 p. 52a^{v} si mulier macidissima est et concipit, abortitur fetus, antequam -cescat (incrassescat *ed. Basil. p. 313; sim. ibid.* non -cescit [incrassescit *ed. Basil. p. 313*], ut fetus in sua sanitate permaneat). ALBERT. M. animal. 1,410 ramis, cum ventriculo medio propinqui fiunt, necesse est, ut -ant et magnae venae fiant. **2** *intumescere – anschwellen:* ALBERT. M. animal. quaest. 4 app. 7 quidam ... post exitum animae -unt ..., quia ... in eis ... generatur ventositas a frigido mortificante. **3** *pinguescere – fett werden:* HILDEG. phys. 1,182 si ... pingues carnes corporis habet *homo*, moderate comedat *(sc. butyrum)*, ne ... carnes eius plus -ant *(sim.* div. op. 1,3,1 l. 162 si ... homo superfluis cibis et potibus ... superhabundaverit, pinguem lepram illi ... inferunt *humores*, quoniam carnes eius -unt *[v. notam ed.])*.

***ingrosso,** -atum, -are. *script.* incr-: *l.43.48.67. usu depon: l.71. crassiorem reddere, crassare – dick(er) machen, verdicken (medial. [?intrans.: l. 41] i. q. crassiorem fieri, crassescere – dick[er] werden, sich verdicken):* **1** *proprie:* **a** *spectat ad actionem:* **α** *in univ.:* ALBERT. M. veget. 4,122 quaedam *(sc. plantae)* augentur inferius et -antur deorsum et in trunco. 5,68 p. 320,7 abundantius fluit *nutrimentum*, et ideo magis crescunt et -antur *fructus*. animal. 2,51 capreoli ... non mutant dentes, et quando -antur dentes eorum, significant diuturnitatem vitae eorum. 8,38 in quarto *(sc. anno)* ... magis -antur *(sc. cervorum cornua). al. v. et p.1882,70.* **β** *tumefacere – anschwellen lassen (ni subest usus intrans.):* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 246,9 si ... in collo premat *capellum*, ... horripilat *falco* pennas colli et videtur -crossare collum suum. *medial. i. q. intumescere, turgescere – anschwellen, aufquellen:* AESCULAPIUS 39 p. 61,30 cutis illis *(elephantiacis)* -atur, quasi cochleae exurgunt nigrae. FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 74,21 crossum collum habent ... masculi et femine bistardarum, sed masculis -crossatur ... amplius tempore coitus. WILH. CONG. chirurg. 1186 si ... mamille mulieris -entur ..., sicut ex lactis coagulatione fieri solet in principio conceptionis, ... tunc *eqs. al.* **γ** *spissiorem fieri, spissescere – dicht(er) werden, sich verfestigen (usu medial.):* ALBERT. M. animal. 3,95 cortices ... squamosi piscium iuniorum ... -antur et durescunt *(sim.* 19,31 -atur et induratur in senectute cutis eorum *[sc. animalium quae pellem cortici scabrosae similem habent])*. **δ** *densare – verdichten:* CONSTANT. AFRIC. theor. 9,22 p. 45a^{r} remanet in pectore non maturata *(sc. materia)* et pulmonem percutit -ta (incrassata *ed. Basil. p. 267*). ALBERT. M. gener. 2,1,6 p. 181,29 umidum ... umectat per frigidum constringens et -ans subtile. animal. 20,4 ascendendo movetur *(sc. humidum vaporans)*, donec invenit frigiditatem ipsum -antem et reprimentem. *al. v. et l.3.* **ε** *pinguescere – fett werden (usu medial.):* ALBERT. M. animal. 3,140 multa ... animalia -antur in ventre ex multa ibi congesta pinguedine. **b** *spectat ad formam (usu anat.):* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 89,25 ubi ... finiunt ossa ani, ... graciliantur spondilia caude et paulo post -crossantur et dilatantur, ut plures carnes ... recipiant. ALBERT. M. animal. 1,279 in stricta parte rotundatur et -atur *(sc. spatulae os). al.* **2** *translate i. q. augere – ausweiten (usu depon.):* BRUNUS LONG. chirurg. 1,3 p. 107^{D} pręcipe infirmo, ut suum regimen -etur, id est ad regimen, quo uti consuevit, revertatur.

ingruentia, -ae *f.* *actio ingruendi, irruptio – das Hereinbrechen, Eindringen, (plötzliche) Eintreten:* **1** *proprie de hominibus:* VITA Macar. 63 (MGScript. XV p. 620,13; a. 1014) quibus *(hominibus)* -a populorum ... oppressis contigit efferre sacri corporis gestatorium. **2** *translate de malis:* SIGEB. GEMBL. chron. a. 912 qui *(rex)* propter ... multam malorum -am non meruit imperialem benedictionem.

ingruo, -ui, -ere. *pendet acc.: l.44. partic. praes. usu adi.: l.14.38.41.42. instare, imminere – (unmittelbar) bevorstehen, drohen:* **1** *intrans.:* **a** *strictius de rebus adversis, impedimentis sim. (aliter l.18):* **α** *in univ.:* WIDUK. gest. 1,14 si ... bellum -erit (-ret *var. l.; v. notam ed.*), ... eligitur, cui omnes obedire oportuit, ad administrandum inminens bellum (*sim.* BERTH. chron. B a. 1077 p. 298,2 ad -entia bella). 3,4 difficultate locorum asperiorique hieme -ente plaga eos *(milites)* ... magna percussit. THIETM. chron. 4,19 pestilencia cum fame et bello orientalibus -it. VITA Iuttae 4,3 festivitate aut ... infirmitate -ente. HELM. chron. 98 p. 193,31 secesserunt ... Slavi ... a castro, eo quod -ret nox. *al.* *de re cogente:* VITA Liutb. 22 si non aliqua -ret rerum maximarum necessitas, interdixit *episcopus* egressum (CONSUET. Marb. 45. DIPL. Frid. I. 526 p. 468,17. CHART. Merseb. 159^{a} p. 946 in necessitatibus, si que -erint rebus et personis. *al.*). **β** *pro-, erumpere, (co)oriri – los-, ausbrechen, (plötzlich) entstehen, eintreten:* THIETM. chron. 1,3 quando ... seva belli tempestas -erit, sanguine ... futuri exitus indicium premonstrat (7,57 t. -it horrida homines cum pecoribus ... consumens). 2,12 ex parte Sclavorum bellum -it horridum. *al.* **b** *latius:* **α** *de concursu hominum i. q. circumfundi – umdrängen:* BERTHA Adelh. 3 p. 758,12 ille *(Megengoz)* ... propter frequentiam suorum et exterorum, quae illi ut regi ... -bat, quasi spetietenus mundo inserviebat. **β** *de frugibus maturis i. q. provenire – hervorkommen:* PETR. DAM. epist. 108 p. 194,16 fruges, ... si colligendae simul -rent, laboribus non ferendis agricolas praegravarent (*postea:* quod segetum alia primitiva, alia sint serotina). **γ** *de cogitatibus i. q. irruere – hereinbrechen, -stürzen (part. praes. usu adi.):* PETR. DAM. epist. 59 p. 201,32 quid est circa mamillas auream habere zonam, nisi et adversus -entium (infestantium p. 202,3) cogitationum inportuna phantasmata sollicita ... invigilare custodia? (*spectat ad Vulg. apoc. 1,13; sim.* 62 p. 219,21 ut ... cogitationum -entium strepitum ... propulsarem. 92 p. 15,7 ab -entium [incongruentium *var. l.*] cogitationum irruptione). **2** *trans. i. q. corripere – ergreifen, befallen:* ORD. iud. Dei A 3^{b} diabolo -ente cor eius (*hominis; cf.* 2^{b} p. 607^{a},2 incrassante [ingrasante, ingravante *sim. var. l.*] diabolo cor induratum).

adv. **ingruenter**. *prope, propinque – nahe:* DIPL. Ludow. Germ. 138 p. 192,37 (interp.) claustrum ... -issime adiacens ... ordinavit *episcopus*.

***inguadio** *v.* *invadio.

***ingubernatus,** -a, -um. *incorrectus, ad reddendam rationem administrationis non obligatus – frei von einer Kontrollinstanz, zur Rechenschaftsablegung nicht verpflichtet:* ALBERT. M. pol. 2,9^{g} p. 182^{b},23 'quod ... sine correctione' (*p. 1272^{a},37* τὸ ... ἀνυπεύθυνον) ... est, id est, quibus committitur potestas, ita quod populus non potest corrigere, non est securum; alia translatio: -um est.

inguen, -inis *n. (m.: l. 68. 69. p. 1885, 17. 20. al.; f.: l. 68) script.* -gon(es): *l.68.69. adde* BOTAN. Sangall. 25,5. 30,6. 47,2. *form.: sing. acc.* -em: *l.68. plur.: nom.:* -as: ANTIDOT. Augiens. p. 56,43. -es: *p.1885,17. acc.:* -es: *l.68.p.1885,20. adde* BOTAN. Sangall. 47,2. -is: *l.69. adde* BOTAN. Sangall. 25,5. 30,6.

pars ventris costis, coxa et pectene circumscripta, ilia, λαγών – *Leiste(ngegend), Weiche:* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* LUP. FERR. epist. 20,3 orta ... in dextro -e pustula (*sim.* ARS med. 5 p. 423,19 positus est *[sc. intestinus caecus]* ... super dextram -em). BOTAN. Sangall. 13,3 ad panuculas, qui in -ones nascuntur (*v. comm. ed. p. 268; sim.* 23,5 in -onis *[v. comm. ed. p. 314]. ibid. al.* ANON. coit. 1,1,20 in -bus [scilicet, lendes *add. G*] panicula). WALTHARIUS 936 transmisso ... femur penetraverat -e ferrum *(v. notam ed.)*. DESID. CAS. dial. 2,8 cum ...

frater . . . casu in -e crepuisset, ita ut interiora eius membrano dirupto inter carnem et corium dilaberentur *eqs. al. v. et l.38.* **b** *de pube ('Schamgegend'):* ALBERT. M. animal. 5,45 mutatio . . . instrumentorum sive organorum coitus, sicut quod pilosa efficiuntur -a et grandescunt instrumenta (*sim.* 9,5 accidit . . . mutatio -um . . ., quoniam in maribus non solum mutatur quantitas veretri, sed etiam figura, quando oriuntur pili circa ipsum). 18,30 masculi . . . similes matribus et feminae similes patribus praeterquam in -e. **c** *de sede libidinis vel irae:* HILDEG. phys. 4,5,4 si vir aut femina . . . in gustu carnis . . . ardet, . . . si masculus est, . . . sardonicum ad -a sua, id est 'lanken' suos ponat, femina autem super umbilicum . . ., et de libidine . . . remedium habebunt. *alleg.:* HRABAN. univ. 6,1 p. 175^{D} -a . . . furorem libidinis vel iracundiae possunt designare *(spectat ad Vulg. II reg. 2,23).* **2** *anat.:* ALBERT. M. animal. 1,445 membrum, . . . quod ab umbilico ad utrumque latus distenditur, -es vocantur, secundum quod duo latera respiciunt, in se tamen consideratum -n est unum; inferius . . . in ventre, ubi fit divisio crurium, est . . . pecten -is, et duae anchae sunt posterius post -es. 1,470 -n . . . est communicans coxae, quae est a latere, et chahab, hoc est renibus posterius, et inferius sub se habet . . . muratach . . ., qui vocatur latine ficteris *(v. notam ed.).*

inguinalis, -e. *ad inguen, inguina pertinens, in inguine, inguinibus situs – die Leiste, Weichen betreffend, in der Leiste, den Weichen befindlich, Leisten-:* **1** *in univ.:* BRUNUS LONG. chirurg. 2,10 p. 126^{H} si ruptura fuerit -is, non sanatur cum . . . medicinis *(de re v. E. Gurlt, Geschichte der Chirurgie. 1964. III. p. 730).* **2** *de peste inguinaria q. d. ('[Beulen-]Pest', Yersinia pestis, ut vid.; de re v. l.41sqq.):* LEG. Wisig. suppl. p. 485,13 (a. 694) externae gentis incursu et plagae -is interitu passim ipsa *(sc. Gallia)* ab hominibus desolata dinoscitur.

inguinarius, -a, -um. *abl. pl.* -ibus: *l.40. ad inguen, inguina pertinens, in inguine, inguinibus situs – die Leiste, Weichen betreffend, in der Leiste, den Weichen befindlich, Leisten-:* **1** *proprie:* **a** *in univ.:* BERTH. chron. B a. 1075 p. 234,8 -o . . . tumore . . . distentus *(sc. abbas).* CONSTANT. AFRIC. theor. 9,39 p. 49a^{v} si substent *intestina* in inguinibus, appellatur hernia -a (intestinorum *ed. Basil. p. 295*). SALIMB. chron. p. 68,21 in locis -bus et menbris genitalibus. **b** *de peste -a q. d. ('[Beulen-]Pest', Yersinia pestis, ut vid.; de re v. L. K. Little, Plague and the End of Antiquity. 2007; W. Rosen, Justinian's Flea. 2007):* PAUL. DIAC. Lang. 4,4 fuit p e s t i s -a . . . aput Ravennam (STEPH. COL. Maurin. 13. ALEX. MIN. apoc. 11 p. 255,2 *[v. notam ed.]. al.*). HINCM. Remig. 24 capit. p. 257 contra luem -am. IOH. NEAP. gest. 42 p. 425,17 clades . . . -a. *al.* **c** *de hominibus i. q. dolore, inflatione (ventris) laborans – an Schmerzen, Blähungen (im unteren Bauch) leidend:* TRACT. de aegr. cur. p. 261,43 ad eum, qui est -us vel inflatus, accipe album porrum *eqs.* (*item* p. 356,23). **2** *translate i. q. libidinosus, voluptarius – wollüstig:* HILDEG. epist. 171,4 cum venerit -a submersio cineree cause diversa crimina evomens, tunc homo frenet gustum mentis sue.

ingurgitatio (-cio), -onis *vel semel (l. 67)* ? ***ingurgitio** (iniu-), -onis *f.* (*cf. Battisti-Alessio, Diz. etim. ital. III. p. 2034 s. v.* ingurgiare *et Battaglia, Dizionario. VII. p. 1061^{c} s. v.* ingorgiare) **1** *devoratio – das (unmäßige) Hinunterschlucken, -schlingen:* PETR. DAM. epist. 97 p. 83,14 epularum ac potuum -atio temperetur. 132 p. 441,4 haec *(vina)* . . . sunt . . . -ationis abhominandae materia. CAES. HEIST. hom. exc. 155 p. 124,27 ex hesterna -acione vini. *al.* **2** *actio referciendi, nimia repletio – das Vollstopfen, unmäßige Anfüllung:* CONC. Karol. A app. 7 p. 833,4 indultum . . . est illis *(monachis)*, ut . . . habeant fercula cum panis formulis et phialis pigmenti propter honorem sollemnitatum . . ., non propter -ationem ventris. NICOL. anat. 572 duabus pelliculis est *membrum (i. stomachus)* contextum, ut, si forte propter nimiam ini-itionem una rumpatur, alia remaneat. *ingluvies, gula – Völlerei (in figura rhet. hypallage q. d.):* CONC. Karol. A 21 p. 190,31 in ecclesiastico canone . . . constat decisum . . . cessare ab huiusmodi vitii -atione *(spectat ad Vulg. Luc. 21,34).*

ingurgito, -avi, -atum, -are. *usu absol.: p.1886,15; refl.: l.13.22.25. al.; medial.: l.26. partic. perf. usu subst.: l.37.*

1 *(in gurgitem) immergere, devorare, haurire – (in einen Strudel) eintauchen, versenken, verschlingen, schlucken (in imag.: l.15; per compar.: l.9.13):* **a** *strictius de aquis (fere marinis vel fluvialibus):* CHART. Traiect. 392 p. 355,28 (a. 1147) marinis estibus insula . . . tota vel per partes -ta. ABSAL. serm. 26 p. 153^{C} quotiens anima a contemplatione sui creatoris carnis delectatione repletur, totiens quasi limosis . . . aquis corporeae paludis -atur. PASS. Colom. 7 Danubius . . . edificia suis viribus eruta funditus -vit (*sim.* ANNAL. Mell. a. 1210). *refl. i. q. infundi – sich ergießen:* CHART. Turic. 353 (a. 1190) humani generis fluxus labilis more fluvii sine cessatione decurrentis et mari se -antis actuum suorum precipitare solet memoriam in oblivionis abyssum. **b** *latius de actu bibendi vel edendi:* EPIST. Ratisb. 19 p. 341,29 avaritia apertis faucibus -at. OLIV. hist. Dam. 74 p. 271,3 populus . . . inebriatus vino, cuius habundantia deferri non poterat, sed gratis expositum . . . -verat, soporatus in castris remansit. THADD. FLORENT. cons. 1,37 cum comestione sua . . . bibat *(sc. aeger)* non -ando, sed sugendo. **2** *immoderate re-, implere, refercire – unmäßig (an)füllen, vollstopfen:* **a** *proprie (in imag.: l.39):* **α** *in univ.:* ALBERT. M. nat. bon. 96 p. 40,40 ipsi *(clerici)* se eo *(adipe)* -ant et impinguant *(spectat ad Vulg. I reg. 2,12sqq.).* eth. I 863 p. 724,21 'sanum esse non' eligibile . . . illi, qui est omnivorax, quia si sit sanus, -bit se. BERTH. RATISB. serm. 10 p. 56,5 non inebriari et -ari. *in iunctura* ventrem -are: RATHER. quadrag. II 6 vituperamus . . . illorum . . . stultitiam, qui . . . usque ad noctem . . . ieiunium eligunt protelare, ut nocte . . . ventrem valeant -are *(v. notam ed.).* MANEG. ad Gebeh. 15 p. 338,12 relicta sobrietate epulis et potacionibus ventrem -are. *al.* **β** *inebriare – betrunken machen, berauschen:* CONC. Karol. A 37,10 non potest . . . sobrietatem praedicare, qui se mero usque ad alienationem mentis -at *(inde* CAPIT. episc. III p. 53,22 *[v. notam ed.]. sim.* NOTKER. BALB. gest. 1,5 p. 7,15 dapibus . . . praegravatus *clericus*, mero -tus vinoque sepultus *[v. notam ed.])*. THEOD. TREV. mirac. Celsi 4 p. 407^{C} cum . . . lapsantibus crusculis incederet atque a vino -tum simularet *(sc. sanatus).* HERM. AUGIENS. vit. 1120 haec *(sc. gulosa gastrimargia)* . . . tantis potibus -at se funditus. OTLOH. Wolfk. 22 p. 577^{A} ne se per temulentiam -rent *(sc. convivantes). al.* **b** *translate:* **α** *in univ.:* BERTH. chron. B a. 1077 p. 277,4 omnes . . . exigebant ab eo *(rege)* insatiabilem sue cupiditatis voraginem prodigiosa effusionis inaudite -ari abusione *(v. notam ed.).* EPIST. Ratisb. 6 p. 291,8 nolumus in rosis ita aut in liliis nostra resideat oratio, ut suo -etur desiderio, suis voluptuosis depascatur eructuationibus. **β** *obruere – überhäufen:* EPIST. Teg. II 289 ut fratrem . . . non fatigetis nec tot questionibus hominem -etis *(sc. praepositus).* **γ** *irrepere, pervadere – sich einschleichen, eindringen (in):* EPIST. Ratisb. 1 p. 274,22 'crater . . . sydereus Liberi patris in regione inter cancrum et leonem locatus' . . . me inebriavit et, quia 'comes ebrietatis oblivio' est, adeo . . . -vit, ut *eqs.* (*ex Macr. somn. 1,12,8* incipit . . . obrepere).

subst. **ingurgitatum,** -i *n.* *intemperantia in cibo adhibita – Unmäßigkeit im Essen:* ALBERT. M. sent. 4,9,10 p. 234^{b},42 distinguendum . . . videtur in accidentibus -i: aut . . . hoc accidit famelico ex surreptione aut accidit, quia paravit laute cibos et consuevit epulari splendide.

ingustabilis, -e. **1** *sensu pass. i. q. non gustabilis – nicht schmeckbar, ungenießbar:* ALBERT. M. anim. 2,3,25 p. 135,3 'non-odorabile . . . ' sive inodorabile dicitur tripliciter, scilicet 'quod impossibile est habere odorem', . . . quod 'parvum habet' odorem . . ., quod habet odorem 'pravum' . . .; his . . . modis 'etiam dicitur -e'. **2** *sensu act. i. q. non degustans, carpens – nicht genießend, keinen Geschmack findend (an):* ALBERT. M. eth. II 10,2,1 p. 622^{b},26 ad corporales . . . delectationes refugiunt illi, qui -es sunt delectationis sincerae et liberalis.

***ingutturo,** -are. *ingluttire – hinunterschlucken (usu alleg.):* ALEX. MIN. apoc. 10 p. 220,19 tunc . . . deliciosis irrigati stillicidiis potabimus de 'torrente' plenissimae 'voluptatis' *(spectat ad Vulg. psalm. 35,9; v. notam ed.)*; tunc -bimus affluentiam 'mellis' non 'silvestris' *(spectat ad Vulg. Marc. 1,6;*

v. notam ed.), sed caelici.

inhabeo *v.* inhibeo.

inhabilis, -e. *script.* ina-: *l.17.19.23. non habilis, non idoneus, non aptus, inutilis, inconveniens – unfähig, untauglich, ungeeignet, nutzlos, unangemessen:* **1** *de hominibus:* **a** *gener.:* HRABAN. epist. 8 p. 393,20 cum . . . vilem atque -em ad . . . officium hominem elegeris *(sc. Frechulfus episcopus)*, cui nec scientiae opes nec eloquentiae facultas vires tribuunt. THEOD. TREV. Liutr. 94,3 illa *(famula)* . . . refert . . . exceptioni . . . ipsum *(dominum)* -em (*cf.* VITA Pus. 8,2 non . . . habilis receptui . . . dominus). CHART. Hall. 353 p. 324,13 laborans in vicio virtuti se reddit -em *archiepiscopus. al. v. et vol. II. p. 725,35.* **b** *iur. i. q. iure, auctoritate non praeditus – unberechtigt, unbefugt:* CHART. Argent. I 346,1 (a. 1251) si quis laicus . . . clericum . . . occidere . . . presumpserit, . . . fiat . . . -is ad recipiendum . . . aliquod feodum. CHART. civ. August. 15 p. 16,9 fractor voti ad omnes actus legitimos ina-is. **2** *de rebus:* CHRON. Reinh. a. 1197 p. 555,37 asserens *(sc. cardinalis)* ei *(pauperi)* crucem esse ina-em ac inutilem. ALBERT. M. animal. 3,106 ne calore . . . exsiccata durescant *(sc. membra)* et -ia fiant ad operationes. REGISTR. Xant. p. 91,22 ligna . . . arida et -ia ad fructus. *spectat ad actionem:* MIRAC. Bert. 10 p. 515,11 quanquam inlicitum vel -e (ina- *var. l.*) sit huic *(sc. monachorum)* ordini arma tractare.

***inhabilitas,** -atis *f.* *pendet* ad: *l.38.39. al.* **1** *immobilitas – Unbeweglichkeit:* ALBERT. M. miner. 2,3,2 p. 51^{a},9 omnes . . . motus coelestes potest impedire confusio et -s materiae (*sim.* mot. animal. 1,1,2 p. 260^{a},6 quod *[accidens]* est corpulentia et -s materiae, in qua est . . . essentia fluens a causa prima). **2** *defectus habilitatis, natura inhabilis, status idoneitate carens – Unfähigkeit, Untauglichkeit, mangelnde Eignung:* **a** *gener.:* STATUT. ord. Teut. p. 47,14 si . . . sibi minus abilia conceduntur . . ., causam -is exponat *frater.* ALEX. MIN. apoc. 10 p. 164,27 ut, si aliquis . . . a monasterio . . . recederet, verecundia et -s psallendi cum saecularibus eum ad reditum . . . revocaret. **b** *philos. et theol.:* ALBERT. M. sent. 3,23,5 p. 414^{b},1 fides informis non est mortua sic, quod in ea privata sit potentia ad vitam, sed . . . ex -e sui subiecti ad influentiam vitae fidei a Deo. 4,1,2 p. 8^{a},20sqq. -s membrorum organicorum ad hoc, quod moveantur ab anima in bonum, et -s animae ad movendum. HUGO RIPELIN compend. 1,31 p. 35^{a},22sqq. duritiam . . . corporum sequitur triplex proprietas: primum est -s ad suscipiendum impressionem *eqs.*; . . . his modis dicitur cor obdurari tripliciter: uno modo per -em ad suscipiendam gratiam *eqs. fort. huc spectat:* URSO gloss. 85 p. 120,4 quia . . . aliquis concipit, aliis dimmitit *(sic)* facile, sed . . . quia satisfiat voluntati et quia ex alio ⌞propter -em⌟ (*cf.* aphor. 85 per prohibitionem) diutius servat, si *eqs.* **3** *condicio imperfecta – Unvollkommenheit:* ALBERT. M. eth. II 1,5,10 p. 70^{b},23 non . . . habet bonum per se . . . aliquid, ad quod referatur, cum sit ipsum optimum . . .; non igitur sit causa -is, sed . . . perfectionis in bonitate, cuius est.

inhabitabilis, -e. **1** *non aptus ad habitandum, non habitabilis – zum (Be-)Wohnen ungeeignet, unbewohnbar:* **a** *adi.:* HROTSV. Pafn. 7,12 quin ocius fiat *(sc. locus)* -is (in habitaculis *M*) prae nimietate foetoris *(v. notam ed.)*. CHRON. Pol. 1 prooem. p. 7,13 insule -es, ubi perpetua nix est. ALBERT. M. nat. loc. 1,8 p. 14,78 de . . . regionibus -bus propter frigus. *al.* **b** *subst. fem. (ellipt.) i. q. terra -is – unbewohnbares Land (cf. ThLL. VII/1. p. 1583,77sqq.):* CHART. Tirol. II 50 (a. 769) loca ab antiquo tempore inanem atque -em (inhabitabilem *var. l.*) esse cognovimus. *fort. add. p. 913,31 (ni subest potius subst. neutr.).* **2** *ad habitandum non instructus – zum Wohnen nicht eingerichtet:* COD. Wang. Trident. 167 p. 888,40 (a. 1234) quod . . . castrum ab opificibus destruatur, . . . perpetuo sit -e, nec munitiones nec fortitudines . . . aliquo tempore construantur. **3** *desolatus, vastus – verödet, wüst:* ALTFR. Liutg. 1,27 p. 33,3 venturae sunt . . . bella devastationesque . . ., ita ut . . . delectabilia loca . . . -ia efficiantur *(v. notam ed.)*. HERM. ALTAH. advoc. (MGScript. XVII p. 374,30) qui *(Liupoldus et fratres eius)* . . . in tantam rabiem . . . excreverunt, ut provinciam comitatus sui -em facerent fere totam. HIST. Hirs. 1 p. 255,15 que *(peccata hominum)* . . . urbes opulentas -es reddunt.

inhabitaculum, -i *n.* **1** *locus habitationis – Wohnstätte:* ADDIT. Nivial. (MGMer. IV p. 450,17) ad cuiusdam villule -um (habitaculum *var. l.*) iniquorum hominum domicilium intrantes *(sc. comites).* **2** *commoratio – Aufenthaltsort:* GLOSS. psalt. Lunaelac. 44,10 domus eburneae ecclesiae Christi sunt, quia -um reginarum est sive propter virtutem fidei et munditiam conversationis.

1.*inhabitans, -antis. (in- *et* habitans) *non habitans – nicht bewohnend (usu subst.):* WALAHFR. subvers. Hieros. 1 p. 366,8sq. est . . . metaphora tropus . . ., per quem scriptura . . . loqui videtur, scilicet per -em ad habitantem, per inrationalem ad rationalem, per inanimalem ad animalem; . . . per -em ad habitantem, sicut hoc in loco *(sc. Vulg. Luc. 19,41sqq.)* et sicut *eqs. (v. comm. ed. p. 382sq.).*

2. inhabitans *v.* inhabito.

1. inhabitatio (-cio), -onis *f.* *c. gen. explicativo: l.55.* **1** *actio (in)habitandi, habitatio – das (Be-)Wohnen:* **a** *proprie:* **α** *in univ.:* OTTO FRISING. gest. 1,3 p. 14,31 quam *(Italiam citeriorem)* dum a Longobardis possessam inertis plebis -e tamquam industriae defensionis vacuam inveniret *Giscardus.* CHART. Epternac. 221 si Wasmůodus . . . pensionem solvere negligeret, ius -is et successionis perderet. CHART. Salem. 402 p. 451,23 molendinum . . . ad usum fructuum et -em . . . possidere. *al.* **β** *de sede constituenda vel occupanda ('[Be-]Siedlung', 'Niederlassung'):* OTTO FRISING. chron. 4,27 p. 219,2 quae *(insula)* Venetia . . . ex Venetorum -e dicitur. VITA Landel. Ettenh. 3,1$^{tit.}$ de prima -e Mortinaugiae. CHART. Livon. A 53 p. 57,12 cum Rigensis civitas ad -em sui plus libertatis gratia quam praediorum . . . fertilitatem fideles alliceret. **γ** *de mansione, commoratione ('Aufenthalt'):* THIETM. chron. 8,18 inperator . . . post longam -cionem (habitacionem CHRON. Thietm.) a Niumagun discedens *eqs.* FROWIN. auct. 622 (CC Cont. Med. CXXXIV. 1998. p. 480) percipere . . . subsidia terrenae -i idonea. **b** *translate:* **α** *de Deo in cordibus hominum habitante:* WALAHFR. exord. 13 p. 487,6 si hominum pectora . . . ipsius *(Dei)* -e fuerint digna. GODESC. SAXO theol. 6 p. 178,20 illi sunt reprobi, in quibus Deus est per divinitatis praesentiam, et illi electi, in quibus habitat per -is gratiam *(spectat ad Aug. epist. 187,16). al.* **β** *de Christo in utero Virginis versante:* ALBERT. M. sent. 3,3,3 p. 45^{a},25 sanctificatio ex praeventu in eam *(Virginem)* spiritus sancti et ex -e Filii. **2** *locus (in)habitandi, (in)habitaculum, domicilium, aedes – Wohnstätte, -sitz, (Wohn-)Haus:* **a** *proprie:* LAMB. TUIT. Herib. 2,33 erant . . . duo inergumini, monasterio -e contigui. CHART. Eberb. 5 p. 11,7 quatinus esset *(sc. vallis)* mansio et -o . . . monachorum (*inde* FUND. Eberb. [MGScript. XV p. 991,18]). CHART. Babenb. 644 vineam cum -cione . . . tradidit *(sc. marchio).* **b** *translate:* VITA Magni Fauc. I 9 p. 124,19 locus . . . a feris et vermibus seu diabolicis -bus (habitationibus p. 124,15) mundatus est. BOVO CORB. Boeth. 406 mens humana 'profunda' dicta intelligi potest, . . . quia terrena -e deprimitur, cum . . . a caelo . . . nihil profundius noverimus quam terram. VITA Landel. Ettenh. 3,11 diabolus . . . de -e . . . corporis est egressus.

2.*inhabitatio, -onis *f.* (in- *et* habitatio) *locus ad (in)habitandum non aptus, non habitabilis – zum (Be-)Wohnen ungeeigneter, nicht bewohnbarer Ort:* ALBERT. M. metaph. 11,2,29 p. 520,10 quamvis . . . plaga, quae non est habitabilis, efficiatur habitabilis, et e contra plaga, quae est habitabilis, convertatur ad -em.

inhabitator, -oris *m.* *acc. sg.* -e: *p.1889,17. fort. add. p. 1889,16.* **I** *(in)habitans, habitator, incola – Ein-, Bewohner:* **A** *proprie:* **1** *strictius:* **a** *in univ.:* CHART. Rhen. inf. I 158 (a. 1021) vir . . . plateę, quę vocatur 'Uuilechini', -r fuit. DIPL. Conr. III. 21 p. 36,33 ut . . . -es l o c i . . . capitalem censum in eodem loco persolvant (CHART. Argent. I 415. CHART. Salem. 557 p. 164,37). STATUT. ord. Teut. p. 24,20 iniquos terre sancte -es . . . exterminarunt *milites Dei. al.* **b** *de aedificiis (cf. p. 1889,14sqq.):* TRAD. Patav. 941 (a. 1204/14) -r domus usque ad finem vite sue inhabitare debebit (*sim.* CHART. Tirol. I 711 p.

154,4 quod . . . -es . . . domus . . . ab omni . . . exempcione liberi . . . esse debeant). **2** *latius usu plur. i. q. militia quae in navi vehitur – Besatzung, Bemannung:* ALBERT. AQUENS. hist. 9,24 gentiles . . . sentientes hanc christianorum puppim inter se . . . allapsam . . . eius -es . . . vexaverunt. **B** *translate:* **1** *in univ:* **a** *de Deo:* MIRAC. Germ. 3 (MGScript. XV p. 11,6; c. 846) tandiu . . . quis inimicis christiani valebit resistere nominis, quandiu caelorum rex atque terrarum eius mentis ac corporis -r extiterit. ALBERT. M. sent. 1,37Ecapit. quod Deus -r est quorumdam nondum cognoscentium Deum et non quorumdam cognoscentium (*ex Aug. epist. 187,21; sim.* summ. theol. I 18,70,4 p. 735a,15sqq.). VITA Hildeg. (Rer. Boic. Script. I p. 627b,12) Deus . . . cordis . . . -r. **b** *de spiritu sancto:* VITA Emm. 27 p. 67,8 ut . . . Dei templi violatores ab -e ad praecipitium raperentur *(spectat ad Vulg. I Cor. 3,16sq.; sim.* ARBEO Emm. 28 p. 68,8 qui . . . suam iram -e *[ed.;* -es, -em *var. l.]* templi perficere non metuit. 29 p. 69,25 spiritum sanctum, -e [-em *var. l.;* VITA Emm.] templi, ad iracundiam provocant *iusti).* VITA Libor. 2 illorum *(sacerdotum)* officii dignitatem ipse -r et consecrator eorum spiritus sanctus ostendit. TRANSL. Libor. I 1 p. 188,6 qui *(spiritus paracletus)* beati Liborii et in hac vita manentis -r apparuit. *al.* **c** *de diabolo:* VITA Virg. Salisb. II 2 p. 89b,3 cum in . . . precibus nomen sancti Virgilii inculcaretur, malignus ille -r . . . auditum sancti nominis non sustinens . . . rugitum deterrimum emittebat. **2** *de communitatem fidelium participantibus (sing. sensu plur.: l.29):* CHART. Eichsf. 184 p. 107,10 (a. 1209) -bus ecclesiarum nostre diocesis . . . providere debemus *(sc. Sifridus archiepiscopus).* 519 quia redditus ecclesie . . . fuerint tam tenues . . ., quod -e carebat et sacerdos de ipsa non poterat . . . sustentari.

II *cultor, servator – Erhalter, Bewahrer:* PONTIF. Rom.-Germ. 1,2 Christe salvator, innocens et innocentiae amator, . . . mansuetus et mansuetudinis -r.

***inhabitatrix,** -icis *f. incola, habitatrix – Ein-, Bewohnerin (alleg.):* GODESC. SAXO theol. 22 p. 296,9 'sapientia', quae 'aedificavit sibi domum', minor est patre secundum eandem domum, scilicet secundum humanitatem, et aequalis est patri secundum eiusdem aedificatae domus -em.

***inhabitatus,** -a, -um. *non habitatus, incultus – unbewohnt, nicht bewirtschaftet:* REGISTR. abb. Werd. 6,5,3 sunt . . . plures mansi licet -i. *subst. neutr. plur. (ni subest usus ellipt.) i. q. loca non habitata atque inculta – unbewohnte Orte:* INNOC. IV. registr. B 156 p. 134,3 reedificandi . . . civitates, terras, villas et castra . . . in parte vel toto diruta seu destructa et faciendi -a rehabitari concedimus . . . facultatem.

inhabito, -avi, -atum, -are. **1** *intrans. i. q. sedem vel domicilium habere, commorari – seinen Wohnsitz haben, wohnen, sich aufhalten:* **a** *de hominibus (animalibus: l.53; Iesu: l.64):* **α** *in univ.:* EIGIL Sturm. 24 p. 160,33 (cod. W) ad monasterium, unde digressi sumus, revertebamur . . . gratias referentes, quod . . . monasterio -are sineremur *(sc. fratres et discipuli martyris).* ERMENR. ad Grim. 1,10,14 in nido apparet, quales volucres ibi -ent. UFFING. Ida 1,2 qui *(Saxones)* inter Hrenum et Wisaram . . . -ant. DIPL. Conr. II. 18 mercatoribus ⌞Magdaburgensi civitati -antibus⌟ (Magadeburg habitantibus DIPL. Otton. II. 112) . . . ius concessimus *eqs. al.* **β** *sibi domicilium constituere, sedem collocare, considere – sich ansiedeln, niederlassen:* LIBELL. de conv. Baiuv. 6 p. 110,8 Huni inde *(sc. de diversis regionibus Danubii)* expulsi sunt, et Sclavi -are coeperunt. ANNAL. Fuld. II a. 885 p. 102,10 Nordmanni . . . vicinos *(sc. pagos)* occupaverunt atque . . . sibi ad hiemandum et -andum . . . disposuerunt. **γ** *(habitando) permanere – (wohnhaft) bleiben:* REGINO chron. a. 7 Iesus . . . in Nazareth . . . divertit ibique usque ad tempora baptismi -vit (habitavit *A*). *v. et p.1888,72.* **δ** *(con)versari, consedere – (sich) verweilen, zusammensitzen, -sein:* HROTSV. Abr. 7,1 ecce triclinium ad -andum nobis aptum (*sim.* Pafn. 3,3 ecce cubile . . . delectabile ad -andum). **b** *de divinitate:* RADBERT. corp. Dom. 17,21 in carne Christi divinitas corporaliter -ans (habitans *var. l.; spectat ad Vulg. Col. 2,9).* **2** *trans. i. q. incolere, insidere – bewohnen, besiedeln:* **a** *proprie:* **α** *in univ.:* CHART. Alsat. B 44 (c. 662) inceptus est . . . locus a monachis -ari. RUD. FULD. mirac. 1 p. 329,49 quam *(partem Germaniae)* Franci . . . orientales -ant. THIETM. chron. 7,57 inperator . . . ad . . . curtem . . . ⌞feris . . . -tam⌟ (ferarum . . . habitaculum CHRON. Thietm.) venit. OTTO FRISING. gest. 1,32 p. 50,17 autumpni tempore papiliones -ant *Ungari. al.* **β** *c. notione colendi, administrandi ('bewirtschaften'):* TRAD. Frising. 1619 (a. 1053/78) quę *(massilicia)* -batur per Wangerium. CHART. Steinf. 50 p. 47,10 quam *(aream)* . . . capellanus -bat. *al.* **b** *translate:* **α** *in univ.:* RADBERT. corp. Dom. 21,218 quia quosque ille *(spiritus sanctus)* sanctificaverit sui roris aspersione, eos . . . Patrem et Filium -are credimus. GODESC. SAXO theol. 22 p. 321,1 me miserans -et *Dominus.* VITA Fel. Trev. 9 qui *(Deus)* coelos magis quam lapides aut . . . simulacra -et. **β** *c. sensu inhaerendi:* RHYTHM. 149,154 instruens *(sc. Eligius)* . . . semitas . . ., quas Christi . . . vestigia -ent *(cf. Iuvenc. 1,316).*

adi. **inhabitans,** -antis. *qui (certo quodam loco) sedem vel domicilium habet – (orts)ansässig:* CHART. select. Keutgen 144,29 (c. 1221) si forensis homo incusatur . . . pro debitis, habebit inducias . . ., si ponit fideiussor<e>m -em.

subst. **inhabitans,** -antis, *m. (in)habitator, incola – Ein-, Bewohner:* **1** *proprie:* ARBEO Emm. 8 p. 38,17 licentiam a cunctis -bus (inibi habitantibus *var. l.*) poposcere. OTLOH. prov. Q 41 qualis rector est civitatis, tales -es. *al.* **2** *translate:* EPIST. Hann. 23 p. 56,1 spiritus sanctus -s . . . pectoris.

inhabitus *v.* inhibeo.

***inhaerentia** (-he-), -ae *f. pendet:* ad: *l.40.* in *c. abl.: l. 43. actio vel status inhaerendi – das Anhängen, Anhaften, Festsitzen:* **1** *strictius:* **a** *gener.:* ALBERT. M. bon. 132 p. 88,56 caritas . . . unit per -am praemio, quod est Deus. sent. 1,1,12 p. 29b,42 comprehensio . . ., quae succedit spei, dicit adhaerentiam; sed amor . . . penetrans amatum . . . dicit -am. BERTH. RATISB. serm. 16 p. 85,11 nocumentum vitiorum . . . consideratur . . . secundum tenaciorem -am vel difficiliorem curam. **b** *log. i. q. actio vel status immanendi,* τὸ ἐνυπάρχειν *– das Innewohnen, 'Inhärenz':* GERHOH. novit. 22,10 quia 'cognata rebus caducis alteritas' . . . admittit quorundam predicamentorum inhe-as et forinsecas affixiones *(v. notam ed.).* ALBERT. M. anal. pr. 1,1,3 p. 461b,42 in affirmativa *(sc. oratione)* notat *(sc. propositio)* -am praedicati ad subiectum, in negativa autem notat remotionem. elench. 1,3,14 p. 582b,22 primus . . . modus *(sc. paralogismorum)* est, quando diffinitum petitur in diffinitione, vel e converso; . . . dubitatur enim de -a praedicati in subiecto. *al.* **2** *latius:* **a** *de re statuta, constituta i. q. confirmatio – Verfestigung:* ALBERT. M. eth. I 383 p. 325,29 consuetudo potest . . . considerari . . . quantum ad -am per modum habitus. **b** *tarditas – Trägheit:* ALBERT. M. eth. I 370 p. 314,45 dixit *(sc. commentator)* humanum bonum non esse a Deo, . . . ut excludat quorundam -am et pigritiam, qui segniter viventes et nullam operam dantes virtuti exspectant a Deo sibi dari virtutes.

inhaereo (-he-), -haesi, -haesurum, -ere. *script.* ine-: *p.1891, 49.1892,6. adde* SIMON SCHON. Elis. (ed. F. W. E. Roth, Die Visionen der hl. Elisabeth. 1884. p. 155,12). *struct.: c. gen.: p.1892,40. c. praep.:* apud: *p.1892,51.* supra: *p.1891,9. usu refl.: p.1892,14.15. partic. praes. usu adi.: p.1891,16. 1892,58; subst.: p.1891,5.1892,21. confunditur: c.* inhaerescere: *p.1893,1. ?c.* inhiare: *p.1891,54.* inhere- *c.* infere-: *l. 65.*

(ad)haerere, affixum esse – (an)hängen, (an)haften, (an)kleben, festsitzen: **I** *proprie (in imag.: p.1891,14.31; per compar.: l.65.p.1891,12.35):* **A** *strictius:* **1** *praevalente notione adhaerescendi:* **a** *de hominibus:* **α** *in univ.:* HUGEB. Willib. 4 p. 98,3 homines . . . retentis brachiis quasi glutinati -herebant (inferebantur *var. l.*) in feretro et non poterant se movere. HEITO Wett. 6 sacerdotes . . . dorso stipitibus -entes in igne . . . loris ligatos viderat. VITA Euch. Val. Mat. 7 ut . . . terrae . . . -rent *saevientes.* **β** *spectat ad actionem complectendi, arripiendi ('sich [an-, fest]klammern [an]', 'sich festhalten [an]'):* RUD. FULD. Leob. 20 in amicam irruit *regina,* os . . . deosculans et -herens amplexibus. WALAHFR. Gall. 1,22 p. 301,15 cum . . . instantius arae cornibus -ret (-heret *var. l.*)

puella (*antea:* avelli non potuit ab altari). Mamm. 7,5 genibus Mammae timefactus -et (*sc. unus ex turba virum; sim.* VITA Chrod. 17 p. 562,21 militiae globus manibus ac genibus sancti . . . -et). VITA Heinr. IV. 12 p. 39,27 nulli profuit ingenium natandi; nam aut armorum pondere aut -herentium (-herenti *a. corr.*) conexione fatigatus in profundum trahebatur. **γ** *spectat ad actionem permanendi ('verweilen'):* OTTO MOR. hist. p. 27,17 que *(pluvia)* . . . terram sic madefecit, quod Papienses ultra supra fossatum civitatis -herere non valuerunt. **b** *de rebus:* MAPPAE CLAVIC. 268 petra focaria, que ignem emittit, . . . non equata, sed aspera, quo possit -herere . . . compositio. HROTSV. Dulc. 8 vestimenta . . . corporibus -ent velut coria. THEOPH. sched. 3,82 p. 148,26 cui *(sphaerulae)* funiculus -et. CARM. Bur. 21,2,8 fel -hesit palato. DECRET. Frision. B p. 136a,7 dabitur dimidium wergeldum . . . pro manu abscisa et pede absciso . . .; si vero . . . dicta menbra -herencia sint, tercia pars wergeldi dabitur. *al.* **2** *praevalente notione cohaerescendi:* THEOPH. sched. 1,17 glutine tabulae compaginatae, postquam siccantur, ita sibi -ent (adhaerent *var. l.*), ut nec humore nec calore disiungi possint. **B** *latius:* **1** *adiacere, contingere, proximum esse – anliegen, angrenzen, anstoßen, nahe sein:* EKKEH. I. (?) Wibor. 32 monachus . . . in . . . lucum monti adiacenti -herentem . . . aufugit. ADAM gest. 2,69 p. 131,16 cui *(muro)* . . . porta . . . -sit. GESTA Camer. cont. I B 8 quae *(capellula)* -heret hospitali. *al.* **2** *instare – stehen (auf):* IONAS BOB. Columb. 1,3 p. 157,13 obstanti matri et limitem ostii -herenti (-herente, inserenti *sim. var. l.*) postulat, ut se ire sinat. *in iunctura* vestigiis -ere *(in imag. c. sensu subsequendi):* CHART. Hall. 168 p. 159,43 (a. 1220) nos *(sc. archiepiscopus)* . . . piis p r e d e c e s s o r i s nostri . . . vestigiis -herentes *eqs.* (CHART. Sangall. B 339. 439). **3** *inniti – sich stützen (auf):* FLOD. hist. 3,6 p. 201,4 qui *(Magerenus)* . . . utroque genu claudus et scabellis -herens . . . demorabatur. VITA Willib. p. 18,45 beatus . . ., quidquid dignum . . . vidit, mente quasi cruribus -endo suspendit. **4** *(de-, in)fixum esse – feststecken:* WILLIB. Bonif. 9 p. 57,18 caballus . . . anterioribus . . . humo infixis cruribus volutabatur, donec hii, qui agiliores . . . extiterant, . . . equum terrae -herentem extraherent. **5** *situm esse – begraben sein:* DONIZO Mathild. epil. 1,127 sit licet iniustum, quod respicit ipsa sepulcrum, quod tua *(sc. pastoris Apollonii)* fert aedes, quo patres eius -herent. **6** *(lateri) -ere i. q. assistere – (zur Seite) stehen, beistehen:* HROSTV. Gall. 6 ite *(sc. Iohannes et Paulus)* . . . ad Gallicanum et -entes eius lateri suadete illi . . . mysterium . . . fidei (*sim.* Gall. II 5,1 ut meo *[sc. Iuliani]* -entes lateri serviatis *[sc. Iohannes et Paulus]* in palatio). *de matrimonio:* SYRUS Maiol. 2,20 l. 22 huic *(sc. Ottoni)* coniux Adeleidis -herebat. **7** *coire – sich paaren (mit):* FROTH. epist. 4 pauci *(sc. equi)* . . . equabus progignendi causa ineserunt. **8** *affigi – sich heften (an):* ANON. geom. I 3,16 qua *(summitate altitudinis investigandae)* visa a loco, cui visus -serat, planities ad radicem usque metiatur. *fort. add.* (*ni subest confusio c.* inhiare): CHRON. Pol. 1,26 p. 51,10 qui *(pauper)* cum ammiratione tante pecunie illuc oculis -hereret *(v. notam ed.).* **9** *afficere – befallen:* TRACT. de chirurg. 330 si dolor vel inflatio vel durities per contractionem nervis -heserit (adheserit *var. l.*), dialtea inungimus.

II *translate:* **A** *c. notione observandi:* **1** *(ob)sequi, servare – (be-, nach)folgen, leben (nach), sich halten (an):* **a** *in univ.:* HUGEB. Willib. 1 p. 88,10 exempla sanctorum . . . -herebat. LIBER diurn. 85 p. 109,20 sacris -herentes *(sc. fideles Dei)* doctrinis *(sim.* CAPIT. episc. III p. 282,5 si quis . . . pravis doctrinis -heserit *eqs.).* HROTSV. lib. 2 praef. 1,2 sunt . . . alii, sacris -entes paginis, qui *eqs. al.* *obligari – sich verpflichtet fühlen:* CARM. Bur. 101,19,1 femina victa mero quod -hereat (inebriat, ierat *sim. var. l.*) ebria vero, nec fieri spero nec fideiussor ero. **b** *de praescriptis, iussis sim.:* WILLIB. Bonif. 5 p. 18,26 apostolico -herentes *(sc. fratres)* praecepto (*sim.* CHART. Heinr. Leon. 9 eius *[Dei]* . . . preceptis -herendo). WOLFHARD. Waldb. 1,3 Dominicis . . . incepit -ere m a n d a t i s (BERNOLD. CONST. microl. 23 p. 995B. CONSUET. Marb. 138). **2** *respicere – Beachtung schenken:* EPIST. var. II suppl. 7 p. 628,6 stultus est, qui sic coloribus picturae -hereat, ut res ignoret. ALBERT. STAD. Troil. 4,695 exornat digitos, digitis si forsan -heres, linea directa *eqs.* **B** *c. notione se applicandi:* **1** *de hominibus eorumve mente, anima:* **a** *incumbere, studere – obliegen, sich beschäftigen (mit), sich widmen:* EPIST. Desid. Cad. 2,3 ut melius nobis *(sc. episcopo)* delectet . . . vestro *(sc. Desiderii)* semper servicio inerere *(v. notam ed.).* HUGEB. Willib. 2 p. 89,39 litterarum s t u d i i s -herendo die noctuque (TRAD. Ratisb. p. XIII [epist. Anam.] mentem . . . in omni librorum studio ceteroque divini cultu mancipatu . . . -herere. ADALB. SAMAR. praec. dict. p. 28,3. *al.*). CAPIT. episc. III p. 226,15 admonemus, ne ullus presbiter . . . secularibus iocis -hereat. *al.* *refl.:* DHUODA lib. man. 11,1,16sqq. dignum . . . est, ut mens a praesentibus universis . . . se mundet et divinis, coelestibus atque spiritualibus se -at . . .; nichil est in . . . mortali vita, in qua possimus nos familiarius -ere quam in divinis psalmodiae laudibus *(ex Alcuin. psalm. praef. PL 101,465C).* **b** *se sacrare, se vovere – sich weihen:* HROTSV. Abr. 2,8 caelestis sponsus, cuius affectu in tenella aetate -sisti *(sc. Maria)*, tueatur te . . . ab . . . fraude diaboli *(v. notam ed.).* Cal. 3,3 ne repellas *(sc. Drusiana)* te amantem tuoque amore cordetenus -entem. **c** *indulgere – sich hingeben, sich einlassen (mit):* HROTSV. Gong. 359 -ens servo cordisque calore secreto legalem dominum respuit *domina* ob famulum. **d** *se con-, associare, se adiungere – sich an-, zusammenschließen, sich vereinigen, verbinden (mit):* WILLIB. Bonif. 5 p. 21,2 cohors contribunalium comitatu (comitatui *var. l.*) . . . sancti viri -herens limina beati Petri . . . adgressus est. EBERW. Symeon. 3 illius *(solitarii)* alloquio atque consortio frui concupiscens . . . ei . . . tota dilectione -sit et . . . ministravit. CHART. Argent. II 20 pacem in civitate . . . communi voto iurantes *(sc. cives)* ac nobis *(sc. Ricardo regi)* ad observacionem . . . pacis . . . -herentes. **e** *participem esse – teilhaftig sein:* WALAHFR. Gall. 1,29 animam meritis plenam felicibus reddidit bonis -suram perennibus (*sim.* OTLOH. Magn. 12,10. SIMON SCHON. Elis. [ed. F. W. E. Roth, Die Visionen der hl. Elisabeth. 1884. p. 155,12]). **2** *de rebus:* **a** *accedere – hinzukommen:* ALFAN. premn. phys. 1,65 p. 17 discendo -ent (*PG 40,524B* προσγίνονται) nobis artes et disciplinae. **b** *congruere – entsprechen, passen (zu):* IONAS BOB. Columb. 1,4 p. 160,9 ut, si suae *(sc. Dei)* voluntatis (voluntati *var. l.*) -hereat, concoepti consilii effectus perficiatur. **C** *c. notione persistendi:* **1** *perseverare – be-, verharren:* AGIUS vita Hath. 15 ut, si quando quisquam hoc, quod loqui intenderat, intercepisset et ad aliud, quid invertere conaretur, non in eo -ret, sed . . . ita posse esse respondisset. **2** *(per)durare – dauernd bleiben:* EPIST. var. II 3 memoria dilectionis vestrae *(sc. Reginberti magistri)* animis nostris *(sc. discipulorum)* . . . -herens inmemores petitionum . . . promissionumque . . . esse non permittit (*sim.* EPIST. Teg. I 98 flagito *[sc. Ellingerus]*, quatinus mei infimi memoria apud vos *[sc. Froumundum]* maneat, ut vestri apud me firmius -hereat). **D** *immanere, inesse – innewohnen:* ALBERT. M. animal. 3,153 p. 345,7 non . . . mirum est, si stellae excitant virtutem spermati feminae iam -entem. *remissius i. q. esse – sein:* THEODULF. carm. 41,1,21 tertius et quartus *(sc. liber regum)*, Malachim quis nomen -hesit, regum Hebraeorum . . . gesta canunt. **E** *pertinere – (da)zugehören:* DIPL. Conr. II. 286 (spur. a. 1036) ut . . . mansus . . . cum -herentibus mancipiis in beneficium acciperet *abbas.* CHART. Beron. 24 p. 101,10 advocatia . . . Beronensi prepositure -hereat nec . . . alienetur ab eadem.

adv. ***inhaerenter**. *per comprehensionem, inclusionem – inbegriffen, implizit (usu log.):* ALBERT. M. sent. 1,9,7 p. 284a,26 ad hoc, . . . quod obiicitur, quod talia nomina *(sc. sapientes et sapiens)* significant substantiam cum qualitate, dicendum, quod verum est, sed qualitatem suam significant -r.

inhaeresco (-he-), -ere. *confunditur c.* inhaerere: *p.1893,1.* **1** *usu originario:* **a** *adhaerescere – haften bleiben:* PETR. DAM. epist. 17 p. 156,8 quod . . . prolatum est, apicibus tradere necessarium duxi, ne, quod ad momentum simplicibus verbis audisti, facilius excidat, sed . . . memoriae tenacius -at. *in imag.:* VITA Ludow. Pii 6 p. 302,11 curabat rex pater, ne regem filium aut nutrimenta honesta laterent aut externa inhe-entia

(inherentia *var. l.*) . . . dehonestarent *(v. notam ed.).* **b** *(ob)-servare – sich richten (nach), sich halten (zu):* TRANSL. Pus. 10 beatitudo sanctorum in eo constat, ut voluntati conditoris -ant. **c** *intendere – streben (nach):* ALBERT. M. sent. 2,24,10 p. 408b,16 contemplari . . . speculationis practicae est, et -ere est voluntatis . . .; ergo nominat *(sc. Augustinus)* superiorem non solum rationem, sed etiam voluntatem. miss. 3,20,6 p. 151b,3 quae *(pars rationis, sc. ratio superior)* . . . contemplandis coelestibus et aeternis et divinis rationibus -it. **2** *?per confusionem c.* inarescere *i. q. siccari, indurescere – (ein)trocknen, hart werden:* HERACLIUS II 54 oster est appellatum, quod ex humore licetur, qui cito ex salsugine -it (*cf. Vitr. 7,13,3* propter salsuginem cito fit siticulosum).

***inhaesio,** -onis *f.* **1** *philos. et theol. i. q. adhaesio – das (Sich-)Anhängen, Anhaften, 'Adhärenz':* **a** *in univ.:* ALBERT. M. sent. 3,27,4 p. 522b,17 duplex est ordo in verum, scilicet in verum simpliciter vel coniunctionem ad verum firmam vel fortem et ad -em. eth. I 71 p. 66,15 operatio *(sc. virtutum)* . . . procedit ex voluntate ordinata per -em firmam. pol. 7,15m p. 750a,4 ab omnibus, quae ˹habent infectionem et -em turpitudinis˺ *(p. 1336b,35* ἔχει ἢ μοχθηρίαν ἢ δυσμένειαν), oportet prohibere pueros. *al.* **b** *spectat ad actum fruendi (cf. Aug. doctr. christ. 1,4):* ALBERT. M. bon. 317 p. 177,5 a coniugatis fructus est -o. sent. 1,1,12 p. 28a,9 videtur 'frui' esse actus virtutis motivae; sed . . . non fit -o (qui motus est), nisi prius concipiatur per intellectum. summ. theol. I 2,7,2 p. 26,80 fruitio proprie secundum -em caritatis est, organice autem deserviunt comprehensio . . . et aperta visio. *al.* **2** *anat. i. q. sessio – Ansatz:* Ps. GALEN. anat. 4 p. 175C ut elongetur *(sc. pars superior cordis)* ab -e (appodiatione *V*) super ossa pectoris (*sim.* 8 p. 186D adiungitur chartilago . . . ˹quasi -o˺ [ut sit quasi appodiatio *V*] carnis pendentis circa foramina narium).

inhanis *v.* inanis.

***inhaustus,** -a, -um. *non haustus – ungeschöpft (in imag.):* HEIRIC. Germ. I 1,39 nil intemptatum, nil . . . liquid -um (schol.: sc. quod non sciret); quicquid ab indigenis potuit manare magistris *eqs. (v. notam ed.).*

***inhebetatus,** -a, -um. *non ob-, retusus, non hebes, acutus – nicht abgestumpft, nicht stumpf, spitz:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 88,22 ut . . . ungues serventur -i et illesi, natura stabilivit, quod, dum grus stat super pedes, . . . ungues secundum latus, non secundum acumen sui stant super terram.

inhebetus, inhebitus *v.* inhibeo. **inhedia** *v.* inedia.

inheo *v.* ineo.

***inherbatus,** -a, -um. (in *et* herba) *herbis venenatus – mit Kräutern vergiftet:* LAMB. ARD. hist. 48 p. 585,22 veneno . . . in cibis accepto vel potibus -a . . . mortua est *Mathildis.*

***inheredo** (-hęr-), -are. **1** *hereditate relinquere – vererben:* DIPL. Otton. III. 7a p. 403,3 quamvis . . . amitę nostrę proprietas sua *(sc. Adalheidae)* inhę-ari debuisset, nos tamen noluit proprii sui esse expertes. 143 p. 554,1 quam *(sc. proprietatis portionem)* nos hęreditario iure Hildiburga abbatissa -are debet. **2** *iure hereditario contingere – nach Erbrecht zustehen, fallen (an):* DIPL. Otton. II. 180 quod *(praedium)* Thietmari fuit antea et nos post mortem eiusdem viri secundum legem inhę-are debuit. *Clementi*

inhereo *v.* inhaereo. **inhermis** *v.* inermis.

inhers *v.* iners. **inhesco** *v.* inesco.

inhiatio, -onis *f.* **1** *(vana) propensio – (blinde) Neigung:* ALBERT. M. sent. 1,41,3 p. 344b,38 originale *(sc. peccatum)* in Esau est fomes relatus ad -em – ad concupiscentiam – in gente non liberanda per Christum. **2** *aviditas – Begehrlichkeit, Gier:* ALEX. IV. registr. 392 p. 351,15 -o inverecunda petentium ambitione non carens.

inhiator, -oris *m.* *(caecus) assectator – (blinder) Gefolgsmann, Anhänger:* GESTA Ern. duc. II p. 284,8 ipse *(Achor)* avaricie -r *(v. notam ed.).*

inhibeo (ini-), -ui, -itum, -ere. *script. et form.:* inyb-: *p. 1894,44.* -hab-: *p.1894,7.8.1895,17.23.25.30.* -heb-: *p.1895, 29.32.* -bitur, -bytur: *p.1894,23.* *partic. perf.* -bet(us): *p. 1895,29.30.32.* *pendet* ad *c. gerund.: p.1894,68.* *confunditur c.* inire: *p.1895,29.*

I *sensu positivo:* **A** *proprie (vi praeverbii fere evanida):* **1** *tenere, sequi – sich halten (an), einhalten:* METELL. exp. Hieros. 5,681 decrevere viam proceres -ere limine directo. **2** *habere, possidere – innehaben, besitzen:* CHART. scrin. Col. A I 11 p. 172,4 (c. 1186/88) murus . . . totus proprius est Zacharie et heredum suorum, ita quod Fugelo et sui heredes nichil -abent. *fort. huc spectat:* CHART. Bund. 484 (487; a. 1200) si ille, qui predictam domum tunc possederit et -ab<uer>it *(ci.,* -abit *cod.),* ipsas *(sc. cerae)* VIIII libras . . . non persolverit, prepositus . . . eandem domum alteri conferre debet. **B** *translate:* **1** *praecipere, mandare – festsetzen, bestimmen, ver-, anordnen:* DIPL. Ludow. II. 35 p. 138,23 pręcipimus . . . atque . . . -emus, ut nullus iudex . . . in . . . possessiones . . . monasterii . . . ingredi audeat. DIPL. Karlom. (II.) 27 p. 326,8 detestamur et -emus, ut nemo umquam hanc nostram corrumpere . . . audeat munificentiam. DIPL. Karoli III. 163 monasterii rectores iubemus ac . . . -emus, ut nullam unquam *eqs.* CHART. Friburg. 136 quas <litteras> mitti per questuarios districtius -emus *(sc. legatus).* CONST. imp. II 428,II,14 -uimus, quod nulla civitatum *eqs. saepe.* **2** *permittere – gestatten, gutheißen (in lusu verborum: l.29):* CONC. Merov. p. 74,11 quibus *(sc. clericis)* etiam id *(sc. intra domum suam habere propinquas mulieres)* specialiter -eatur (-bytur, -itur, -etur *var. l.*): ut, si quis clericorum suspicionem adversam . . . de muliere quacumque . . . incurrerit, eam statim . . . abiciat. **3** *concedere – einräumen:* SALOM. II. epist. 30 p. 416,9 quod si haec facultas improbis hominibus -ta non fuerit, ut *eqs.* CHRON. Cosmae app. I 2 p. 248,25 si a domino tuo tibi *(sc. abbati)* duce hec *(sc. in monasterio degendi)* actenus potestas fuit -ta, a me *(sc. s. Procopio)* sit amodo prohibita. **4** *adhibere – anwenden:* MAPPAE CLAVIC. prol. p. 189,33 appellantes . . . huius compositionis cognominationem 'mappae claviculam', ut omnis . . . existimet clavis modum esse -tum.

II *sensu negativo:* **A** *proprie (in imag.: l.37):* **1** *obi. res:* **a** *obstruere, intercludere – verstellen, (ver)sperren:* HRABAN. carm. 15,8 nec mare nec tellus . . . huic *(amori)* obstare queunt aut -ere viam. METELL. exp. Hieros. 5,276 vallum completur, via quo muris -etur. CHART. Beron. 84 p. 144,21 in villa Beronensi exusta -uit *advocatus* hominibus villarum circumiacentium, ne aliquis ex eis ipsis in aliquo subveniret silvas ecclesie ipsis -endo. **b** *retinere – zurück-, verhalten:* VITA Ger. Bron. 19 p. 669,15 qui *(morbus)* urinam -ens nuncupatur vulgo lapillus. RANGER. Anselm. 3162 videns Martham quasi funera flentem . . . lacrimas vix inybere potest *(sc. Christus).* RAHEW. flosc. 4,78 dicitur *(sc. Neptunus)* . . . fluctus -ere tridente. **c** *sistere, compescere – stillen, dämpfen:* RECEPT. Lauresh. 2,27 p. 142 ocimi semen tritum naribus inmissum distillationem -et. ODO MAGD. herb. 1058 sperma nigri *(sc. papaveris)* . . . stringere ventrem dicitur hocque modo fluxus -et muliebres. 2116 veneris credunt *medici* -ere *(sc. cyminum)* furorem. **2** *obi. homines i. q. reicere, remittere – ab-, verweisen:* OTTO FRISING. chron. 4,18 p. 207,10 qui *(Theodosius)* . . . ab Ambrosio ęcclesiae liminibus ˹-tus est˺ (est prohibitus, arcetur *var. l.; cf.* FRUTOLF. chron. a. 387 p. 132,42sq. Ambrosius . . . illum . . . a sacri liminis ingressu prohibuit). **B** *translate:* **1** *obi. res vel actiones i. q. non sinere, vetare – unterbinden, verhindern, verwehren, verbieten (absol.: l.64; in figura rhet. litotes q. d.: l.62):* **a** *usu communi:* CONC. Karol. A 37,13 quod *(sc. quod digni sint presbyteri)* iuramentum . . . omnes una -endum statuimus. GODESC. SAXO gramm. 2 p. 458,4 si velis regulae supradictae illud . . . coaptare, quod audis ad missam cotidie . . ., non modo non -o, verum etiam connibeo, consentio. RATHER. pentec. II 1,5 licet loqui nobis -eat timiditas. ARNULF. delic. 548 -e, iactantia si subeat te. VITA Heinr. IV. 8 p. 28,7 ad -enda mala. OTTO FRISING. gest. 1,1 p. 13,23 quibus *(clericis)* . . . conubia . . . -ta fuerant. HELM. chron. 84 p. 159,31 ingressus atrii omnibus -tus nisi sacerdoti tantum. 86 p. 168,25 -tum est forum. CHART. Ulm. 73 p. 93,25 cum . . . -ti fuerint ad ferendum gladii. *persaepe.* *in lusu verborum:* EKKEH. IV. cas. 100 p. 204,2 si . . . id *(sc. proprietates)* habentibus habere -itur. **b** *in formula chartarum:* CHART. Heinr. Leon. 37 p. 52,40 (a. 1157) exactiones . . . super ipsos *(fratres)* . . . a

[Pörnbacher]

quoquam fieri . . . -emus. CHART. civ. Magd. 74 p. 36,26 ne . . . quisquam contra hoc . . . privilegium . . . venire presumat, . . . d i s t r i c t i u s -emus *(sc. archiepiscopus;* ANNAL. Mell. Vind. I a. 1267 p. 701,28 [epist.]. *sim.* CHART. Raitenh. 75 p. 76,7 [epist. papae] d. -entes. *al.).* DIPL. Frid. II. 431 -entes, ne *eqs.* 526 p. 197,21 inibentes. *persaepe. v. et l.62.p.1894,39.* **2** *obi. anim. (fere homines; canes: l.19) i. q. pro-, cohibere, arcere – ab-, aufhalten, hemmen, hindern (an, zu):* CONC. Merov. p. 73,15 qui *(sc. clerici)* uxores . . . accipere -entur (-etur *var. l.*). CARM. de Tim. 13 -ere nocentes. DIPL. Otton. I. 252 p. 361,11 possessiones contra abbatis decretum intrare . . . interdicimus atque ab huiusmodi . . . presumptione cunctos . . . -emus. RUP. MEDIOL. Adalb. 2 cumque huic *(sc. in Germaniam)* expeditioni insisteret operosius, divino oraculo, ne efficeret, est -tus. OTTO FRISING. gest. 2,9 dumque . . . sententiam ferre cogitarent *cardinales*, a principe -ti et ad propria redire iussi sunt. HELM. chron. 84 p. 164,29 -ti (-abiti *a. corr. 1*) sunt Slavi . . . iurare in arboribus. *saepe. adde:* LIGURINUS 4,468 ipse *(venator)* . . . latet . . . clamososque canes -et cupidosque molossos comprimit, ut *eqs.*

adi. **1. inhibens,** -entis. *insitus – innewohnend:* URSO med. 87 frigiditatis actione flegmatica viscosa redduntur, quae intestinis inha-ia nimiae lenitatis causa fiunt.

2. inhibitus, -a, -um. **1** *qui habetur – vorhanden, bestehend:* MIRAC. Bert. 10 p. 515,25 nec de praeda -abita advertitis *(sc. Dani)*, quoniam, si hi *(sc. monachi)* tantum habuerunt spatium noctis, omnia sua aut infodient aut *eqs.* **2** *illicitus, vetitus – unerlaubt, verboten:* CONC. Merov. p. 68,15 quosdam *(sc. clericos)* repperemus . . . -ebeta (inita *var. l.*) rursus coniugia repetisse (*inde* p. 158,6 -eta [-abita *var. l.*]). p. 82,2 quod si quis episcoporum eius, qui ordenatur, conditionem sciens transgredi ⌊per ordenationem inhe-am⌋ (ordinacione -beta *P*) . . . voluerit, anni spacio missas facere non praesumat.

inhibi *v.* inibi.

***inhibitatio,** -onis *f. prohibitio – Verbot:* CHART. Beron. 159 (a. 1279) miles . . . excommunicationis in se ipsum et interdicti in familiam . . . ac -is, ne quis sibi furno, foro . . . vel quavis alia communione participaret, sentenciis innodatus.

inhibitio (-cio), -onis *f. c. gen. inhaerentiae: l.47. adde* DIPL. Conr. III. 284 p. 492,1 (spur.). *al.*

1 *sensu positivo i. q. praeceptum, mandatum – Ver-, Anordnung, Mandat:* DIPL. Frid. II. 452 p. 58,23 ne aliqua persona . . . huic sententię nostręque confirmationi et -i . . . se audeat obponere. CHART. Argent. I 507 p. 385,33 (dipl. Richardi regis) paginam nostre confirmationis, concessionis et -is infringere. CHART. Sigeburg. 150 p. 267,1 huius nostri *(sc. comitis)* mandati -o. CHART. ord. Teut. (Thur.) 311 mandamus *(sc. marchio)*, quatenus *eqs.*; quicunque . . . contra hanc nostram -cionem id attemptaverit, indignacionem nostram poterit . . . formidare. *al.* **2** *sensu negativo:* **a** *actio inhibendi, impedimentum – das Hemmen, Hemmnis, Hindernis:* CONST. imp. II 218 p. 303,14 (dipl. Frid. II.) ubi tot vexationes vestras *(sc. incolarum)* . . . in vobis advertimus, per quas turbationes . . . statui vestro . . . parantur, -es fiunt, quod petita . . . per vos imperio servicia non prestentur *eqs.* **b** *prohibitio – Verbot:* **α** *proprie:* CAPIT. episc. III p. 67,9 si quis sacerdotum . . . decimas ad alium sacerdotem . . . pertinentes post nostram -em . . . invadere praesumpserit, noverit *eqs. (v. notam ed.).* GISLEB. MONT. chron. 48 p. 83,7 contra -em . . . regis. INNOC. III. registr. 1,111 p. 168,16 post -es antecessorum nostrorum. CHART. Rhen. med. III 327 p. 264,8 providimus . . . et . . . statuimus *(sc. archiepiscopus)* sub anathemate inhibentes, ne *eqs.*; siquis . . . contra hanc nostre provisionis -em . . . venire attemtaverit *eqs. saepe. expressius i. q. interdictum – 'Interdikt' (usu canon.):* HEINR. TREV. gest. 18 p. 424,39 nuncius . . . ferens secum a sede apostolica litteras -cionis contra electum. **β** *meton. de documento prohibitionem, interdictum continente:* CHART. Basil. C I 229,II p. 166b,3 (epist. papae a. 1249) contra -is nostre tenorem (*sim.* DIPL. Conr. III. 275 [spur.] contra . . . nostre protectionis et -cionis tenorem). HEINR. TREV. gest. 19 p. 425,21 hec *(cf. l.66)* -cio lecta fuit et publicata . . . in refectorio . . . ecclesie *eqs. al.*

***inhibitivus,** -a, -um. *interdictorius, prohibitorius – untersagend, verbietend, Verbots-:* CONR. MUR. summ. p. 163, 4 sunt verba . . . interdictiva, inhibitoria seu -a.

***inhibitorius,** -a, -um. *interdictorius, prohibitorius – untersagend, verbietend, Verbots-: v. l.3.*

inhii *v.* ineo.

1. inhio (inio), -avi, -atum, -are. *script. et form.:* hini-: *p. 1897,16.* inhy(o): *l.63.* inhii-: *p.1897,45. coniug. II. vel III.: l.45. adde p. 1758,34 (var. l.). abl. sg. partic. praes.* -anti: *l.63. adv. superl.* -antissime: *l.69.p.1897,32. abl. gerund. pro adv.: l.32.45. partic. praes. usu subst.: l.29. confunditur: c.* imitari: *l. 58. c.* inire: *p. 1758,34 (aliter: p. 1758,18).* inhianter *c.* inaniter: *p.1897,42.*

1 *intrans. (saepius in struct. c. praep.):* **a** *proprie i. q. hiante ore captare – schnappen (nach):* BALDW. VICT. dict. 5,80 tot lupis -antibus in nos. **b** *translate i. q. anniti, (ap)petere, contendere (ad) – streben, gieren (nach), es absehen (auf):* **α** *in univ.:* HYMN. Hraban. 6 (3),6,3 sanguine pasceris *(sc. Herodes)* innocuo corporibus minimis -ans. WALAHFR. carm. 72,5,2 aeternis -ans *(sc. s. Gallus)* l u c e l l i s (HROTSV. Theoph. 144 cumque . . . vacuis -ret . . . l. *sim.* DIPL. Heinr. III. 134 p. 170,23 lucro). RIMB. Anscar. 2 p. 20,16 quo . . . caelestibus -ret (ini- *3a*). RUP. MEDIOL. Adalb. 3 ad opus -antes *(sc. fidei propugnatores)* evangelii. EPIST. Teg. I 52 alienis. LAMB. HERSF. annal. a. 1073 p. 150,21 in bona. CHART. Basil. C I 322 p. 234,34 officiorum suorum commodis -antes *(sc. praecones). saepe. adde: p. 1758,34. partic. praes. usu subst. masc.:* CYPR. CORD. carm. 1,4 (MG Poet. III p. 144) inianti ad aethera victum porgere mansurum parat *(sc. bibliotheca). abl. gerund. pro adv. i. q. ardenter – sehnlich, brennend (abund.):* HUGEB. Willib. 4 p. 92,21 austerioris vitae viam . . . -ando desiderabat. **β** *inhaerere, indulgere, servire – anhängen, obliegen, sich befleißigen:* HUGEB. Wynneb. 1 ad celsioris vitae . . . meritorum profectionibus -ando properabat *(in struct. contam.).* WETT. Gall. 4 superstitioni gentilium -bant *incolae.* SYLL. Sangall. 19,6,2 ille *(s. Magnus)* . . . eius *(magistri)* exemplis -ans beatis. CHART. Aquens. 19 l. 88 suis . . . -antes *(sc. praepositi)* commodis (CHART. Basil. C I 322 p. 234,34). DIPL. Frid. II. 311 quas *(ecclesias)* . . . nostris recognoscimus -are servitiis. 599. ALBERT. M. metaph. 13,1,4 omnes isti . . . 'ideis -antes' (*p. 1090b,31* προσγλιχόμενοι) plus quam oportet 'peccant in mathematicis' principiis, quae ponunt. *abl. gerund. pro adv. i. q. sedulo – eifrig, beflissen:* CHART. Solod. I 141 p. 78,10 (a. 1154) vere Deo ministramus, si . . . auxilium augende sue glorie -endo perficimus *(sc. episcopus).* **2** *trans.:* **a** *proprie i. q. admirari – (mit offenem Mund) be-, anstaunen:* ANNAL. Altah. a. 1065 p. 67,6 pro magno . . . spectaculo praesulem . . . -bant *(sc. Graeci)* ipsumque non episcopum, sed regem Romanorum esse credebant. **b** *translate i. q. concupiscere, desiderare, intendere – suchen, begehren, wünschen, bestrebt sein (zu):* WETT. Gall. 2 p. 258,20 si terrestrem curam quaerendo -amus. DIPL. Zwent. 2 p. 19,23 antecessorum nostrorum regum . . . sequi vestigia -amus. OTTO FRISING. gest. 2,18 p. 121,2 -antibus . . . Mediolanensibus, ut *eqs. saepe. v. et p. 298,50. expressius i. q. sequi – folgen:* VITA Aldeg. I 2 (MGMer. VI p. 86,13) Waldebertum meminimus et . . . Bertillanem, qui . . . vitam degerant spiritalem Pauli iniantes (imitantes *var. l.*) vestigia.

adi. **inhians,** -antis. **1** *sitiens – durstig, lechzend:* ARBEO Corb. prol. p. 188,14 -e humo rorantes guttas arenosus obsorbuit rus. **2** *ardens – brennend:* LULL. (?) epist. 37 ut ei *(Domino)* -e d e s i d e r i o et inmarciscibili caritate iungeris (*sc. aegrotus;* DIPL. Heinr. IV. 99 p. 130,36 -yanti).

adv. **inhianter.** *in figura rhet. litotes q. d.: p.1897,32.* **1** *hianti ore, admirative, per stuporem – mit offenem Mund, staunend:* HERM. CARINTH. essent. praef. p. 70,25 dum nos ex adytis nostris in publicam Minerve pompam prodeuntes . . . multitudo -r miraretur. VISIO Godesc. A 36,1 cum in vicinia basilice . . . positus insolitam eius pulchritudinem -issime contemplaretur. *huc spectare vid. (in nom. absol.):* ANNAL. Magd. a. 938 p. 143,18 quarum *(civitatum)* . . . plerasque murorum ambitu cinctas munire studuit *(sc. Iulius Caesar)*, quan-

[Pörnbacher]

tum opere festinato valuit, -r accedens multitudo. **2** *cupide, anhelanter, vehementer – begierig, voll Verlangen, heftig:* **a** *in bonam vel neutram partem (interdum abund., e. g. l.4. 10):* **α** *in univ.:* LIBER diurn. 85 p. 106,5 quę a me -r . . . vestra *(sc. episcoporum)* devotio . . . cupit audire *(sim.* EPIST. Bonif. 29 p. 53,14 -r audire satago [*sc. Leobgyda; item* 71]. 49 p. 80,11. BONIF. epist. 63 p. 130,17 desidero. *al.).* VITA Desid. Cad. 19 p. 577,24 cumque aqua fuisset allata, valde -r . . . glutivit *homo.* FORM. epist. III 1 scire . . . obtamus *(sc. sorores)* vestram *(sc. imperatoris)* ini-r excellentiam, quod *eqs.* BALTH. Fridol. 2 que *(pauperies)* ad mundane prosperitatis beatitudinem non adeo -r ardebat. WIBERT. GEMBL. epist. ad Hildeg. 19,10 quo *(temporis spatiolo)* apud te die noctuque de ore tuo -r pendens manseram. *al.* **β** *ferventer, ardenter – glühend, innig, sehnlich:* VITA Phil. Cell. 1 Philippus vitam remotiorem multum -r (hini- *var. l.*) diligens Romam reliquit. RIMB. Anscar. 2 p. 21,3 cui *(s. Mariae)* cum ille respondisset -r se velle *(sc. ad matrem suam venire).* CARM. Sangall. II 3,2,8 ut bona queque probes atque -r ames *(sc. puer).* EPIST. Teg. I 97 -r et indefesse rogare. HARIULF. chron. 1,15 p. 25,28 seipsum ad altiora extendens -r dicebat *Richarius*: 'sitivit anima mea *eqs.*' HEINR. AUGUST. planct. 1722 ne remorentur iter, quo suspirant *(sc. quibus ardor inest penetrare ad lignum vitae)* -r. *al.* **γ** *studiose, libenter – eifrig, angelegentlich, mit Freuden, gerne:* CONC. Karol. 21 p. 189,25 non novas . . . regulas instituimus nec supervacuas rerum adinventiones -r sectamur, sed *eqs.* HRABAN. cruc. A 7,38 qui catholicae fidei . . . rectitudinem semper desidero et -r disco. VITA Willeh. 1 vir Dei . . . -r quaerere coepit, qualiter *eqs.* VITA Emm. 1 Dei filium -r colere coeperunt *(sc. provinciae).* HERIG. gest. 51 p. 186,38 perfectorum est . . . ab activa potius refragari quam contemplativae speculationi non -issime exaequari *(ex Vita Remacli). al.* **δ** *impatienter – ungeduldig:* AGOB. 20,4 quod . . . sint aliqui in latere eius *(imperatoris),* qui ini-r expectant exterminium filiorum eius (*sim.* VITA Ger. Bron. 19 p. 670,8 marchioni -r expectanti. HILDEG. div. op. 1,4,78 capit. p. 22 -r expectans *[sc. anima].* 1,4,104 l. 18). **b** *in malam partem:* **α** *c. notione aviditatis:* THEODULF. carm. 2,166 quae *(turba)* sua, non domini, lucra -r adit. WALAHFR. Wett. 328 magna sacerdotum numero pars . . . lucra petunt terrena; quibusque -r adhaerent. hort. 306 quam *(herbam)* pretiis -r (gloss. L: avide) emit ditissima . . . gens. ARNULF. delic. 437 non ad agros ab agris -r (inaniter *var. l.*) progrediaris; quem posuere patres, contentus limite vives *(v. add. p. 388).* BERNOLD. CONST. libell. III 9 p. 68,31 qui tam -r (inhii- *4*) ut Symon magus spiritualia officia mercari concupiscunt (*inde* MANEG. ad Gebeh. 20 p. 347,12 [inhiantur *cod.*]). *al.* **β** *c. notione irae, saevitiae:* ROD. GLAB. hist. 2,4 p. 58,31 conversi Brittones, qui prius fugam simulaverant, -rque super Fulconis exercitum irruentes *eqs.* NICOL. LEOD. Lamb. 16 (MGMer. VI p. 422,18) cedis oportunitatem -r arripit *Dodo.* **γ** *c. notione impudicitiae, libidinis:* PETR. DAM. epist. 31 p. 307,18 ut iam illa ini-r appetant *(sc. qui contra legem naturae carnem suam daemonibus tradunt),* non que naturalis impetus carnis efflagitet, sed *eqs.*

2. inhio *v.* ineo. **inholesco, inholitus** *v.* inolesco.

***inhomo,** -inis *m. homo non exsistens – ein (noch) nicht existierender Mensch, 'Nicht-Mensch' (usu gramm. et philos.):* ALBERT. M. herm. 1,2,5 p. 397^{a},3 notandum de terminis privativis, quod differunt a terminis infinitis; . . . non potest . . . privari nisi terminus accidentalis, ut 'iniustum', 'impium' . . ., et tunc privatio illa nomine abstracto significatur, ut 'iniustitia', 'impietas', et ideo non dicitur '-o' vel 'insubstantia'. *v. et p. 1724,6. cf.* *indomus, *inidolum.

inhonestas, -atis *f.* **1** *status inhonestus, infamia, ignominia, dedecus – Unehre, Ehrlosigkeit, Schande:* HROTSV. Dulc. 1,6sq. cultura deorum non adducit -em, sed praecipuum honorem :: et quae -s turpior, quae turpitudo maior, quam ut servus veneretur ut dominus? VITA Balder. 24 quod videbatur spectare ad iniuriam et -em, totum transfertur ad gloriam ipsius matronae et honorem. CONR. EBERB. exord. 2,27 l. 27 malens *(sc. abbas)* pro iustitia agonizare quam . . . ordinis -em et periculum animarum dissimulare. *alleg.:* VITA Balder. 10 nec profuit ex hac parte fidem, pietatem, honestatem certasse parumque obfuit illinc fraudem, scelus, -em manum conseruisse. **2** *turpitudo, probrum, delictum – Unehrenhaftigkeit, Verstoß, Fehler:* **a** *gener.:* **α** *spirit.:* ALCUIN. epist. 270 illius *(Dei)* . . . praesentia te *(sc. discipulum)* prohibeat ab omni peccato et -e verbi vel facti. CONC. Karol. A 39^{B},15 ut in domo Dei nihil -is . . . perpetrent *sanctimoniales.* 39^{B},20 p. 451,30 ne quid -is in mansiunculis sanctimonialium . . . quispiam . . . perpetrare . . . possit. VITA Macar. 3 (MGScript. XV p. 617,2) cui *(abbati)* quicquam negare honestum nephas et -s. EMO chron. 69 p. 190,5 (epist. legati papae) vagatur *praepositus* per mundum . . . alias plurimas -es committens in salutis sue preiudicium. ORD. canc. pap. 2,2 in domo . . . cancellarie -em non committam *(sc. familiaris)* nec *eqs. in imag.:* DIPL. Frid. I. 515 p. 452,4 ut integritatem fame . . . nulla nota pravitatis obnubilet vel luculentam faciem virtutum alicuius -is nevus obfuscet. **β** *corpor. i. q. deformatio – Entstellung:* TRANSL. Chrys. et Dar. 30 (27 [ed. Floss. 1869]) quae *(sc. macula cerae in planeta)* aut -i *(ci. Floss p. 182,28 [cf. K. Herbers, Mirakelberichte des frühen und hohen Mittelalters. 2005. p. 92. 114sq.];* honestati *edd. priores)* aut damno esse potuisset. **b** *rhet.:* **α** *vitium – Fehler(haftigkeit):* EPIST. var. II suppl. 8 p. 631,17 de conexionis . . . verborum -e non facile animi vestri *(sc. episcoporum)* constantiam crediderim esse commovendam. **β** *indignitas, vilitas (dictionis) – Unangemessenheit (im Ausdruck), unangemessene Ausdrucksweise:* EPIST. Hildesh. 134,51 similitudo: . . . destruitur et -s et inutilitas per contrarium hoc modo *eqs. ibid.:* loco honestatis -em pono.

***inhonestatio,** -onis *f. deminutio, iactura – Schmälerung, Verlust: v. vol. III. p. 518,2.*

inhonesto, -avi, -are. *dedecorare, polluere – verunehren, entehren, schänden, zur Schande gereichen, besudeln:* **1** *in univ.:* THIETM. chron. 6,75 p. 364,24 acceptam ingenuitatem nullatenus <inho>-vit *(sc. archiepiscopus),* sed . . . decoravit. DIPL. Heinr. III. 291 p. 394,41 qui *(comites)* . . . clericos . . . inquietant et dignitatem sanctę aecclesiae indecentissime -ant. LIBER tram. 192 claudi vel senes, qui -ant conventum aut debiles sunt, in ipsis cellulis maneant. *de mortuis:* METELL. exp. Hieros. 3,539 Turcos -vere *nostrates iuvenes* sepultos. **2** *offendere – in der Ehre verletzen, beleidigen:* CHART. Livon. A 77,9 (a. 1225) quicunque alium -verit in cimiterio, in foro . . ., duplam emendabit. BURCH. URSB. chron. p. 97,10 contra morem gentis . . . principes ad se venientes rebus et verbis -vit *imperator.* NICOL. BIBER. carm. 949 quod doctor magnus . . . sic -etur, ut ei carmen rude detur. **3** *contaminare – beschmutzen:* EGBERT. fec. rat. 1,358 sus -at equi faleras lutulenta decoras *(v. notam ed.).*

inhonestus, -a, -um. *script.* ino-: *l.66.67. in figura rhet. litotes q. d.: l.71. confunditur c.* honestus: *l.67. usu subst.: masc.: p.1899,7. neutr.: p.1899,1. adde* CONC. Karol. A 39^{A},136. *al.*

1 *spectat ad res:* **a** *ignominiosus, infamis, indignus – unehrenhaft, würdelos, entehrend, unrühmlich, schimpflich, schmählich (in lusu verborum: l. 60):* LEG. Wisig. 4,5,1 p. 197^{a},9 quocumque -o casu. AGIUS vita Hath. 9 cum nullum umquam vel -a increpatione arguerit vel *eqs.* REGINO chron. a. 882 p. 119,4 puerulus de fenestra palacii cecidit et . . . statim expiravit; quae non tantum inmatura quam -a mors . . . luctum ingessit. OTTO FRISING. chron. 3,15 p. 154,2 cui *(Neroni)* nichil preter honestatem -um videbatur. ALBERT. M. Iob 2,11 p. 47,25 -um . . . est pro vitio . . . plecti, honestum autem et beatum . . . pati ut iusti, quos *eqs. saepe.* **b** *turpis, contumeliosus, deformis, nefarius – unanständig, unsittlich, ehrenrührig, schändlich, sündig:* LEG. Wisig. cod. Eur. 319 p. 20,19 sin . . . pe<r adul>terium seu -am coniunctionem s<e mis>cuisse convincitur (*sc. uxor post obitum mariti; sim.* 9,1,16 -a [ino- *E2*] coniunctione). 3,5,7 legalem censuram ino-is (-is, onestis, honestis) exibere moribus. HUGEB. Willib. 3 p. 90,16 illos *(sc. familiam)* . . . alienis derelinquere -um et crudele esse respondit *(sc. pater).* EINH. Karol. 7 p. 9,19 neque divina neque humana iura . . . polluere . . . -um arbitrabantur *Saxones.* CONC. Karol. A 39^{A},134 p. 411,8 si quis frater . . . in dormitorio aliquid inde-

[Pörnbacher]

cens aut -um . . . perpetraverit *(sim.* 39B,18 p. 450,4. *al.). saepe.* **c** *indignandus, molestus – ärgerlich:* CHART. Babenb. 164 p. 215,17 (a. 1209) simultates -e inter cenobium et plebanum emerserunt. **2** *spectat ad homines:* **a** *improbus, ignobilis – ehrlos, unedel, gering:* CHART. Babenb. 183 p. 251,32 (a. 1212) quicumque aliquem honestum virum cedat fustibus *eqs.*; si autem aliquis verberet aliquem -um, qui *eqs.* 232 p. 41,24 (spur.) si honesta persona percusserit cum manu . . . personam -am (*sim.* 432,4). *v. et l.51. perditus – verworfen (in hyperbato, an usu praed. sensu adv.?):* CHRON. Thietm. 4,63 p. 205,9 quarum *(matronarum)* maxima pars membratim -a (iniuste THIETM. chron.) circumcincta turpitudinem suam, quasi eam venalem habeat, . . . amatoribus suis aperte monstrat. **b** *male formatus, indecorus – missgebildet, hässlich:* WOLFHARD. Waldb. 1,13 (15) duae . . . illuc devenere mulieres . . . utraque manuum curvedine -a. 4,4 (5) erat *femina* . . . pedum debilitate deformis et -a.

adv. **inhoneste.** **1** *sensu originario:* **a** *per ignominiam, indigne – mit Unehren, entehrend, unrühmlich, schimpflich, schmählich:* LIUTOLF. Sever. I 4 p. 290,52 alii . . . indigne ferentes, quod tam vilibus vestimentis indutus inter primos civitatis stare praesumpserit, eum -e . . . de aecclesia exire compulerunt. REGINO chron. a. 887 p. 128,12 fortuna . . . cuncta -e . . . abstulit, quae . . . quondam gloriose adtulerat. RIMB. Anscar. 18 p. 39,29 quod, quia sanctum Dei pontificem . . . -e tractare . . . praesumpserant *(sc. coniurati)*, . . . senserint ultionem (*sim.* WIDUK. gest. 2,10 -e tractari. OTTO FRISING. gest. 2,28 p. 134,20). *al.* **b** *turpiter, contumeliose, nefarie, contra regulam – ehrvergessen, unanständig, sündhaft, regelwidrig:* CONC. Karol. A 39A,131 p. 408,4 quam *(ecclesiam)* non pompatice aut -e aut incomposite . . . ingrediantur *canonici.* 144 p. 418,15 si quemlibet praelatus . . . intra claustra quippiam -e agentem . . . reppererit. AGIUS vita Hath. 7 nemo eam . . . -e ridentem vidit. THIETM. chron. 5,10 -e quasi ad dominum ad eundem *(Bolizlavum)* profecti honorem innatum . . . servitute mutabant *nostri.* ARCHIPOETA 2,83 male vivens et moleste, trutannizans -e omne festum duco meste. STATUT. ord. Teut. p. 84,26 si . . . obtenta ad alium ordinem transeundi licencia neglecta religione -e conversans in seculo . . . moram traxerit *(sc. frater). saepe.* **c** *irreverenter – ohne Ehrfurcht:* CONSUET. Marb. 210 si ullum ex fratribus quicquam ex his, quę ad Dei cultum pertinent, negligenter aut -e tractare videret *(sc. custodis adiutor).* **2** *per confusionem i. q. fraudulenter, subdole – unredlich, heimtückisch:* LEX Baiuv. 2,4 de minoribus . . . hominibus, si in hoste (in honeste *K; cf. supra:* in exercitu; infra proprium hostem) scandalum commiserint. THEGAN. Ludow. 39 quod equivocus filius eius . . . voluisset visitare patrem ⌞in hoste⌟ (*W,* -e *rell. et* 39 p. 270,29 [rec. B2]).

inhonorabilis, -e. **1** *pass. i. q. inhonestus, despectus – unehrenhaft, ungeehrt, verächtlich:* CONR. MUR. summ. p. 160,15 mulier deridenda . . . poterit nominari . . . inhonesta, inhonora, . . . -is. **2** *act. i. q. contemnens, despiciens – geringschätzig, verachtend (c. gen. obi.):* BERTH. RATISB. serm. 16 p. 85,10 animam . . . spoliat *(sc. superbia)* bonis gratiae et -em facit boni.

***inhonorabilitas,** -atis *f. dedecus, turpitudo – Unehre, Unehrenhaftigkeit:* ALBERT. M. pol. 3,3a p. 225b,23 cives, 'quibus non interest principatuum', scilicet propter -em et vilitatem officii.

inhonoratio (-cio), -onis *f. script.* ino(no)ratio: *l.70.p.1900, 13. struct. c. gen. explicativo: p.1900,9.* **1** *spectat ad homines (Deum, sanctos: p.1900,3.5; regnum: l.67.68) i. q. obtrectatio, iniuria, ignominia, contumelia – Herabsetzung, Ehrenverletzung, Missachtung, Beleidigung:* EPIST. Alcuin. 247 p. 399,41 litterae . . . quaerimonias continentes de -e hominum suorum *(sc. Theodulfi).* CAPIT. reg. Franc. 150,15 quae *(causa)* aut ad -em regni aut ad commune damnum pertineat. 150,18 de -e . . . regis et regni. 187 p. 8,25 quae *(causa)* ad populi dampnum . . . pertinet, et propter hoc nobis periculum animae evenire possit et -o (inoratio *1*). ARNOLD. O. P. epist. de correct. eccl. (ed. E. Winkelmann. 1865. p. 14,14) heresis -cionis parentum. ALBERT. M. eth. I 300 p. 258,28 'circa honores et -es' (*p. 1124a,5* περί . . . ἀτιμίας). *ibid. al. spectat ad Deum, sanctos:* IDUNG. PRUF. dial. 2,555 Cisterciensis: . . . remanet regulae prevaricatio et Dei sanctique Benedicti -o. ALBERT. M. sent. 2,43,6 p. 684a,20 blasphemia in spiritum sanctum ponit actum -is spiritus sancti agniti in opere. **b** *ignominia – Schande:* ALBERT. M. pol. 5,2c p. 439a,43 propter lucrum et honorem et propter contraria eorum, scilicet damnum et -em, in quae incidere timent. Matth. 27,39 hic tangit sequentia crucifixionem, et horum quaedam sunt facientia ad -em infirmitatis, quaedam autem ad demonstrandam potestatem maiestatis. *ibid. al.* **2** *spectat ad res i. q. deminutio, iactura – Schmälerung, Verlust:* CAPIT. reg. Franc. 288 res ecclesiarum vestrarum *(sc. episcoporum)* . . . sub integritate . . . absque aliqua ino-e (inoratione *a. corr.*) permanere concedam.

***inhonoratrix,** -icis *f. (de formatione cf. Stotz, Handb. 2/VI § 3.5 et 34) quae inhonorat – eine die missachtet, lästert (usu attrib.):* IDUNG. PRUF. dial. 1,393 tui oris confessio . . . convincit Cluniacensem consuetudinem legis a Deo nobis datae . . . esse prevaricatricem et . . . datoris legis, id est Dei, . . . esse -em.

***inhonorifice** *adv. inhoneste, ignominiose – auf unehrsame Weise, schimpflich:* ANNAL. Fuld. Ratisb. a. 884 p. 111,8 comitem a rege constitutum -e expellebant *(sc. pueri militum).*

inhonorifico, -avi, -are. *inhonorare – entehren:* LEX Alam. 5,1 (rec. B) ecclesiae . . ., quam -vit (violavit *var. l.; sc. raptor*), XXXVI solidos conponat.

inhonoro (ino-), -avi, -atum, -are. *partic. praes. usu subst.: l.40. dehonestare, dedecorare, honore privare – miss-, verachten, entehren, verunehren:* **1** *spectat ad homines (Deum, sanctos: l.47sqq.):* **a** *in univ.:* WALAHFR. Wett. 99 o ne magna dies damnans -et (gloss. R, O: scil. vos), honores spernite. EPIST. Hann. 19 p. 46,6 lex precipit, ut patres honorentur, et tu patres tuos -asti *(sc. abbas).* TAB. smar. 5 p. 497,1 ex illo *(lapide)* . . . honorificabis, quem volueris, et -bis. *saepe.* **b** *dehonorare – beleidigen, schmähen:* NOTKER. BALB. gest. 2,6 p. 54,9 domine, ita estis -ti (-tus *var. l.*) sicut numquam anteriores vestri. EPIST. Teg. I 87 vos *(sc. seniorem)* multum -amus et spernimus, si domno duci de vestris hominibus querimoniam facimus. DIPL. Heinr. IV. 306 quae *(bona)* nos -antibus legitime auferri iustum . . . fore monuit *episcopus.* VITA Heinr. IV. 13 p. 40,30 absit, ut, qui dicimus -ti, dicamur et inulti. SALIMB. chron. p. 119,36 erubescere debet malus prelatus, qui eos *(servos Dei)* -at, affligit, vilificat. *v. et l.68. vol. III. p. 1604,71. adde:* METELL. exp. Hieros. 6,615 hic -aris *(sc. Babylon)*, que per mundum celebraris. *de Deo, sanctis:* OLBERT. Veron. 18 diu in peccati loculo *(i. manu)* moratae ceciderunt herbulae, et quam *(puellam)* prius Deum -antem -rent, nunc honorantem honorant. PETR. DAM. epist. 35 p. 338,7 Deum . . . -are convincitur, qui *eqs.* IDUNG. PRUF. dial. 2,155 cum . . . ariolandi scelus incurrerent *(sc. auctores ordinis Cisterciensis)*, si . . . sanctae regulae non acquiescerent et ita ipsum Deum . . . et sanctum Benedictum . . . et sanctum Gregorium . . . -rent. CARM. Bur. 91,24,4 cum . . . adire mox laboras, quod plorandum esse noras, Deum magis -as *(sc. sacerdos). al.* **c** *deponere – entmachten:* LEX Alam. 35,1 filius eius *(ducis)* cum vult dishonorare (dishonerare, dehonorare *var. l.*; -are *pars codd. rec. B*) aut per raptum regnum eius possedere. ALBERT. M. pol. 5,5c p. 474b,29 dat aliam causam seditionis, ibi, 'aut quando aliqui -antur' (*p. 1306b,31* ἀτιμάζωνται), id est honoribus debitis privantur. **2** *spectat ad res:* **a** *in univ.:* CAPIT. episc. I p. 42,11 ne . . . per aliquod neglectum suum *(sc. presbyteri)* ⌞-tum (ino- *L*) ⌟⌟fiat⌟ (sit -tum *V1*) sacrum illum suprascriptum *(i. oleum, chrisma, sacrificium)*⌟⌟ (fiant sacra illa super scripta *E; item* III p. 89,3). **b** *irritum facere, infirmare – ungültig machen, 'brechen':* CONC. Karol. A 16A,15 si quis signum, quod est sigillum, -verit vel *eqs.* EPIST. Heinr. IV. 12 p. 17,3 tu *(sc. Hildebrandus)* . . ., quia Deum non times, me (in me *U*) constitutum eius -as *(cf. C. Erdmann et D. von Gladiss, DtArch. 3. 1939. p. 158 adn. 1).*

inhonorus, -a, -um. *struct.: c. dat.: p.1901,6. pendet* de: *p.1901,1.* **1** *pass. i. q. non honorus, honore carens – nicht in Ehren stehend, verächtlich:* **a** *in univ.:* RATHER. epist. 26 p.

[Pörnbacher]

142,20 ut . . . adeo . . . de vobis *(sc. clericis)* sim -us, ut *eqs.* **b** *inhonestus, infamis – ehrlos, schändlich: v. p.1899,51.* **2** *act. i. q. contemnens – missachtend, ablehnend (in lusu verborum):* CHART. ord. Teut. 182 (dipl. Rud. Habsb.) si quis . . . hoc nostre *(sc. regis)* maiestatis edicto . . . vilipenso eorundem fratrum iuribus fuerit iniurius aut honoribus -us (*cf.* ACTA imp. Böhmer 413; inhonoriis *B*, -ius *perperam ed.*). *Pörnbacher*

inhormiter *v.* enormis. **inhormus** *v.* enormis.

inhorreo, -ere. *partic. praes. usu adi.: l.32.* **1** *proprie (in imag.: l.32) i. q. rigere, rigidum esse – starren (von): v. l.32. accedente abl.:* METELL. exp. Hieros. 5,543 horum *(duorum Raimundorum)* signa secuta iuventus -et acuta viribus armorum, fervore potens animorum. **2** *translate:* **a** *sensu act. i. q. terrorem, horrorem facere – Schrecken, Grauen erregen:* **α** *imminere – drohen: exemplum supra (l.12) allatum aeque sic interpretari potest.* **β** *(modum excedendo) furere, (de)saevire – (über jedes Maß hinaus) wüten, (sich aus)toben:* ANSELM. MOG. Adalb. 463 frigus -bat, via sub nive tecta latebat. YSENGRIMUS 3,7 materiam servans irę non prorsus -et *(sc. fortuna),* impatiens pacis convaluisse vetat. GESTA Halb. p. 108,40 (vs.) ignis -et, cunctaque torret flamma cremando. **b** *sensu pass. i. q. terrore, horrore affici, perfundi – erschrecken, erschaudern, sich entsetzen (über):* ALBERT. STAD. Troil. 6,843 eius *(Troiae)* -bant audito nomine reges, eius ad imperium contremuere duces. *accedente acc.:* WALAHFR. imag. Tetr. 21 nos . . . immanes omni ferimus de parte tumultus, et vix ipsa luto subducit pupula sese stercoribusque novissima . . . omnis -et.

inhorresco, -horrui, -ere. *partic. praes. usu adi.: l.32.34.39.* **1** *proprie (in imag.: l.32) i. q. horrescere, rigescere, rigidum esse – starren (vor, von):* **a** *in univ.:* PETR. DAM. epist. 142 p. 511,17 -entia (inhorrentia *var. l.*) carnalium delectationum dumeta purgare. *accedente abl.:* PETR. DAM. serm. 32,131 excolere -entem vepribus agrum. LAMB. TUIT. Herib. 2,18 repente . . . aer tenebris -uit. **b** *de capillis i. q. surrigi – sich sträuben, zu Berge stehen:* OLBERT. Veron. 2 p. 843^{D} obstipuit presbyter ex oramate, et voce faucibus haerente omnes -uerunt comae. **c** *de montibus i. q. aspere eminere – schroff aufragen:* PETR. DAM. epist. 113 p. 294,8 -entium Alpium iuga. **2** *translate:* **a** *sensu act. i. q. terrorem, horrorem facere – Schrecken, Grauen erregen:* **α** *imminere – drohen:* ALBERT. AQUENS. hist. 3,8 longe ante hanc expeditionem in partibus Grecie . . . et Syrie Boemundi fama semper claruit, bellum -uit. **β** *ingruere, cooriri – los-, hereinbrechen (über):* RUOTG. Brun. 3 hinc . . . Danorum gens . . ., inde . . . Sclavorum rabies barbarorum frendens -uit. PETR. DAM. epist. 18 p. 169,16 -unt (-ant *var. l.*) flabra, venti furentes hinc inde concutiunt. BERTH. chron. B a. 1080 p. 376,11 que *(hiems)* solito asperior tunc -uerat. RICHER. SENON. gest. 4,40 p. 325,45 tanta fulgurum choruscacio tantaque grandinum et pluviarum inundacio in terra illa fertur -uisse *(corr. ex* ino- *cod.),* ut *eqs. al. accedente dat.:* OTTO SANBLAS. chron. 34 p. 49,22 maxima fames exercitui -uit. **b** *sensu pass. c. acc. i. q. pertimescere – in Furcht geraten, Angst bekommen (vor):* MEGINH. BLEID. Ferr. 8 horum *(sc. martyrum)* sufferentiam miram cum principibus suis mundus -uit.

inhorrisma *v.* enaeorema.

inhospitalis, -e. *aversus ab hospitibus – ungastlich:* CAES. HEIST. mirac. I 4,72 episcopus . . . sciens hominem pecuniosum esse *(sc. praepositum nigri ordinis)* et -em semel vel bis in anno cum plurimis equitaturis . . . hospitatur apud ipsum.

inhospitalitas, -atis *f.* *animus inhospitalis – Ungastlichkeit:* ALBERT. M. Matth. 10,15 p. 329,13 quoad -em plus peccant isti *(sc. non-recipientes in hospitium)* et plus puniuntur quoad hoc peccatum.

***inhospito,** -are. *deverti, refugere (sub) – Unterkommen, Zuflucht finden (unter):* HARIULF. chron. 4,31 p. 259,12 coenobium adiit *(sc. homo oculis captus)* sancti Richarii, quodque raro evenit alicui, ad vesperum venienti nullus praebuit humanitatem hospitii; sicque compulsus est -are tectum paradisi, ubi *eqs.*

inhospitus, -a, -um. *de locis hospitio non aptis:* **a** *infestus – feindselig:* ERMOLD. Ludow. 1,67 urbs erat . . . Francorum -a turmis, Maurorum votis adsociata magis, quam Barchinonam prisci dixere Latini. **b** *inhabitabilis – unbewohnbar:* GISLEB. ELNON inc. 1,110 cur hominum custos fert hic procumbere iustos? Forsan, ut infensis, abigit quos flamma forensis, nobis post edes templi sit -a sedes?

inhumanatio, -onis *f.* *susceptio humanitatis,* ἐνανθρώπησις *Menschwerdung:* GODESC. AQUENS. opusc. 1,21 p. 85,20 ita credas Dominum Iesum Christum ante -em suam de virgine inseparabilem Deum et hominem fuisse.

inhumanatus, -a, -um. *homo factus – Mensch geworden:* HRABAN. hom. II 79 p. 300^{B} quae de se prophetata sunt, complere venit *(sc. Dei filius)* -us.

inhumane *v.* inhumanus.

inhumanitas, -atis *f.* **1** *de qualitate, indole i. q. defectus humanitatis – Unmenschlichkeit:* **a** *latius i. q. crudelitas, immisericordia, animi duritia – Grausamkeit, Herzlosigkeit, Skrupellosigkeit:* VITA Gamalb. 5 (2) pater et fratres . . . eum *(puerum)* omni -e arguebant dicentes segnem, ineptum ac fatuum. CHART. archiep. Magd. 193 p. 250,17 insurrexerunt in nos . . . crudelissimi gentiles, viri absque misericordia, et de -is sue gloriantes malicia ecclesias Christi ydolatria prophanaverunt. CHART. Mog. A II 392 p. 641,25 (epist.) quid eorum crudelitate inmanius . . ., quos a nature degenerantes legibus -s etiam in viscera matris *(i. Maguntinae ecclesiae)* armavit? ALBERT. M. epist. Dion. 8 p. 522,66sqq. 'sed de -e (*PG 3,1093*^{C} ἀπανθρωπίας, *cf.* p. 527,5 immisericordia) in virum' etc.; hic arguit eum *(Demophilum)* de -e actus *eqs. al.* **b** *strictius:* **α** *avaritia – Habsucht, Geiz:* RUD. FULD. mirac. 2 p. 331,23 assumptis . . . panibus ac ceteris, quas simili -e contraxerat, rebus ad propria redire volens subita nervorum duritia ita diriguit *nauta,* ut *eqs.* **β** *inhospitalitas – Ungastlichkeit:* CHRON. Pol. 1,1 p. 9,15 qui *(sc. hospites advenae a civitatis introitu cum iniuria redacti)* . . . civium illorum *(Gneznensium)* -em (-e *var. l.*) abhorrentes *eqs.* **2** *de actu i. q. facinus, malefactum – Schand-, Frevel-, Gräuel-, Untat:* DIPL. Merov. I 47 p. 124,13 (spur. s. XI.²) ut nullus . . . illud monasterium . . . audeat inire vel ullam -em illi violenter inferre. THEOD. PALID. annal. a. 1092 p. 71,40 archiepiscopus . . . domno apostolico ipsam -em (*antea:* stupri nefas) scripto delegavit. HONOR. III. registr. 98 inimicitie . . . adeo succreverunt, quod preter stragem . . . factam multotiens hinc et inde, combustiones villarum et -es alias . . . altera *(pars)* alterius sanguinem sitiat et carnem in morte famescat.

inhumaniter *v.* inhumanus.

***inhumanitus** *adv.* (in- *et* humanitus) *modo inhumano, humanitati contrario – auf unmenschliche Art und Weise:* COSMAS chron. 2,28 p. 222,17 si contumeliam mihi a fratre tuo *(sc. ducis Wratizlai)* . . . -s illatam equo animo spectas *eqs.* CHART. Livon. A 271 consueverant *(sc. pagani)* . . . in naufragium perpessos contra praeceptum Domini et domini papae decreta -s desaevire (*sim.* 392 p. 496,16).

inhumanus, -a, -um. *compar.: l.67. superl.: l.63.65. adde* BERTH. chron. B a. 1077 p. 312,7. a. 1078 p. 336,17. *usu praed.: l.63.65. adde:* BERTH. chron. B a. 1077 p. 312,7. *usu subst. neutr.: l.70.*

1 *humanitati incongruus, contrarius, humanitatis expers, humanitate privatus – unmenschlich:* **a** *crudelis, immisericors, ferox, durus – grausam, unbarmherzig, herzlos, skrupellos:* PETR. DAM. epist. 119 p. 342,6 qui solus de marini fluctus procellis eripitur, . . . -us est, si laborantes in discrimine socios non deplorat. BERTH. chron. B a. 1077 p. 290,17 quidam comites de Alemannis . . . totis viribus et artibus -issimi per totam provinciam . . . grassati sunt. p. 297,13 rex . . . Heinricus . . . Alemanniam predis et incendiis . . . -issimus devastabat. VITA Heinr. IV. 11 p. 37,5 -um facinus (*item* 13 p. 41,14). OTTO SANBLAS. chron. 32 p. 47,3 Greci . . . Bulgaris -iores subtracto exercitui omni humanitatis necessitate simulque rerum venalium commeatu . . . milites . . . defraudaverunt. *al. subst. neutr. in iunctura* ultra -um *i. q. modo inhumanissimo – auf unmenschlichste Art und Weise:* EPIST. Hann. 24 p. 58,1 qui *(praepositus)* eos *(fratres)* ultra -um contra affluentem

illis rerum copiam . . . tenuissimo cibo potius sustentet quam pascat. **b** *rudis, incultus – roh unzivilisiert:* CHART. Sil. D I 11 p. 9,40 (a. 1143/45) dignamini gelidum axem vestri *(sc. Bernardi Clarevallensis)* praesentia visitare . . ., ut homines -i vestra eruditione mitescant. **2** *desertus vastusque – öde, unwirtlich:* EPIST. Meginh. 3 p. 195,7 tam incommodis et -is intervallis locum nostrum ab urbe Remorum recessisse plurimo animum meum excruciat dolore.

adv. **inhumane** *et* **inhumaniter**. *modo humanitati incongruo, contrario – auf unmenschliche Art und Weise:* **1** *crudeliter, immisericorditer – grausam, unbarmherzig:* EPIST. Hann. 55 p. 102,5 mitto ad vos hominem . . . omnibus beneficiis -e spoliatum. DIPL. Heinr. IV. 464 inter Spirensem episcopum Iohannem et advocatum eiusdem abbacie Hermannum utpote familiam ipsius ecclesie -e tractantem sepius non bene convenit. EPIST. Hildesh. 123 homines . . . vestri . . . in homines nostros . . . -e crudelitate desevierunt nimia. CHART. Carniol. II 37 (epist. papae) satis -e . . . aufferri videtur egenis, quicquid eqs. CONST. imp. II 405,16 quam *(christianitatem)* . . . -r efferarum immanitates gentium . . . affligunt. CHART. Rhen. inf. II 721 p. 423,31 invasiones contra . . . archiepiscopum . . . -r exacgeratas. **2** *contra naturam humani generis, sine vitiis humanis, perfecte – gegen die menschliche Natur, ohne menschliche Schwächen, in Vollkommenheit:* HILDEG. Disib. 9 quidam . . ., qui Deum post tergum proiecerant, super hunc sanctum clamabant: 'Iste vivit, quasi homo non sit: unde et nos -e vivere cogit.'

***inhumatio,** -onis *f.* (inhumare) **1** *sepultura – Begräbnis, Beerdigung:* ANNAL. Div. a. 1267 (MGScript. V p. 50,31) precepit Oddo . . ., quod in morte sua nil sollempnitatis ageretur preterquam divinum officium et sola candela arderet in morte et in -e ipsius. **2** *t. t. alch. i. q. actio humo obruendi, tegendi, defodiendi – das Bedecken mit Erde, das Ver-, Eingraben:* Ps. ARIST. magist. p. 639b,68 nutrix est eius *(sc. lapidis philosophici)* terra, id est -o nutrix eius et revivificatrix est *eqs.* ALBERT. M. miner. 1,1,3 p. 5a,31sq. quae *(sc. lapidis)* materia iterum descendit a coelo in terram, quando induit terrae virtutes per -em: tunc enim per -em revivificatur et fovetur, quod prius per calcinationem fuerat mortificatum. Ps. ARIST. pract. p. 660b,15 -o . . . in fine interposita inter distillationes multum iuvat, ut ad perfectae rectificationis signum melius deveniat *aqua* (*cf. postea:* repone cum terra superius collecta). *al.*

1. inhumatus, -a, -um. *insepultus – unbegraben, unbestattet:* LEX Sal. Pipp. 18 capit. p. 13 (cod. E) si quis c o r p u s -um expoliaverit (HELM. chron. 33 p. 65,9 stetit . . . c. eius *[sc. Heinrici regis]* -um . . . v annis. *al.*). ANNAL. regni Franc. a. 826 p. 171,24 dum adhuc -a in loculo . . . iacerent *(sc. ossa Sebastiani) eqs.* CHART. Osterh. 57 p. 70,37 (a. 1253) cum . . . Ulricus miles de Leubolfinge . . . carens ecclesiastica sepultura fere per tria lustra existeret -us *eqs.* GESTA Ern. duc. II p. 297,10 purpura . . . corpus domicelle -e tegebant *(sc. hospites, i. dux et Wezilo comes) eqs.*

2. inhumatus *v.* inhumo.

***inhumilis,** -e. (in- *et* humilis) *non humilis, sublimis – nicht gering, hochgestellt, erhaben:* ERCHEMB. CAS. hist. 24 Landulfus . . . et Landonolfus . . . consilio inierunt, ut deserta angusti montis cohabitatione ad plana . . . canpestria descenderent ad commanendum; 'Non sumus', inquiunt, 'caprearum hovile, ut in saxorum cavernis tueamur, ad humiliaque denique descendamus, ut altos nos et -es circumspicientibus prebeamus!'

inhumo, -avi, -atum, -are. **1** *strictius de actione in humum demittendi:* **a** *sepelire – begraben, bestatten:* CONSUET. Trev. 10 nemo, priusquam c o r p u s eius *(sc. fratris defuncti)* -tum, sedet ad . . . aliquid agendum excepto scriptori *(sic)* brevium (CHART. ord. Teut. [Hass.] 265 p. 201,6 fratres de Ulershem . . . c. memorati Wernheri Distelen exhumabunt a loco, in quo nunc dinoscitur -tum, ipsumque in ecclesia Ulershem . . . subterrabunt). **b** *t. t. alch. i. q. humo obruere, tegere, defodere – mit Erde bedecken, ver-, eingraben:* TAB. smar. 4 p. 494,23 in ollam vitreatam . . . mittes *(sc. lapidem debesi recentem)* ibique fermentari dimittes; deinde in fimo equi olla bene cooperta -etur *eqs.* p. 495,11sq. accipies alumen et -bis eam in ventre equino per quatuor dies et distillabis eam . . .; ita facies per tres vices -ando et distillando. Ps. ARIST. magist. p. 644a,34 -a ipsum *(sulphur)* in fimo quatuordecim diebus. p. 644a,39 -a ipsum, donec solvatur. GEBER. invent. 13 p. 724 terere, coquere, assare, -are . . ., cum his clavibus aperies occultas seraturas arcani nostri. *al.* **2** *latius i. q. subtus astruere, aptare – unten anlegen, einrichten:* LAMB. ARD. hist. 77capit. quomodo turrim apud Tornehem reparavit . . . et carcerem turri -vit *(sc. comes Balduinus). ibid.:* in ea . . ., immo sub ea, . . . in imis terre faucibus carcerem -vit.

inhyerunt *v.* ineo. **inhyo** *v.* inhio.

1. *iniacens *v.* *iniaceo. **[2. iniacens** *v.* 1. inicio.**]**

***iniaceo,** -ere. (in *et* iacere) *partic. praes. usu adi.: l. 23. t. t. philos. i. q. immanere, inhaerere, assidue in , adesse – innewohnen, anhaften, beständig zugegen sein:* ALBERT. M. bon. 268 p. 155,20 licet alia vitia *(sc. ac furia vitiorum)* vitia sint, tamen non ita vehementer trahunt temptatum nec ita -ent importune, etiam postquam sunt repulsa. sent. 2,24,13 p. 411b,42 cui diu -et delectatio, videtur delectari morose, et ita mortaliter peccat. cael. hier. 4,1 p. 63,33 secundum capacitatem materiae vel potentiae, quae -et in opere Dei. eth. II 3,3,6 p. 263a,18 fortis . . . ex praesentia tristantium terribilium -entium et affligentium sustinendo tristitias fortis dicitur. *ibid. al.*

***iniaculo,** -are. (in *et* iaculare) *tormentis verberare, aggredi – beschießen:* GODEFR. VIT. Frid. 122 cibus artatur, fons tollitur, apta paratur talpa cavans, aries; mangonibus -atur *(de obsidione Terdonae).*

inians *v.* ineo. **iniantes** *v.* inhio.

inibi *adv. script.* inhibi: *l. 40. adde* FORM. Senon. I 32. DIPL. Heinr. III. 388 p. 535,12 (spur.). CHART. Turic. 574. **I** *de signif.:* **A** *de loco:* **1** *in eo(dem) loco, illic – da(selbst), (eben)dort:* **a** *in univ.:* RIMB. Anscar. 14 p. 36,23 Gauzbertus . . . ad partes veniens Sueonum . . . coepit . . . ecclesiam -i fabricare. TRAD. Ratisb. 201 quidam vir ingenuus . . . tradidit sancto . . . Emmerammo, fratribus -i ministrantibus talem proprietatem, qualem *eqs.* (*sim.* 210a. *saepe. cf.* 260 sancto . . . Emmerammo et monachis in eodem monasterio). TRANSL. Eug. Tolet. 15 (11) protegitur *(sc. villa Bronium)* per sanctorum suffragia, quorum -i (inhibi *ed. L. v. Heinemann*) habentur patrocinia. BERTH. chron. B a. 1075 p. 229,18 qui *(sc. Anno)* apud Sigibergense monasterium sepultus multis . . . miraculis -i sanctissimus claruerat. *persaepe. v. et vol. III. p. 43,60.* **b** *de scripto:* HRABAN. epist. 52 cupienti mihi vestre dignitati *(sc. regi Lothario)* aliquid scribere, quod . . . acumen sensus vestri acueret, occurrit mihi caena Cypriani, in qua multorum memoria continetur; sed quia -i quedam talia repperiuntur nomina, que in sacris non inveniuntur libris *eqs.* **2** *in, ad eum locum, illuc, eo – da-, dorthin:* CHRON. Fred. 4,35 placetus inter Colerinse et Sointense fiaetur, ut has duas reginas *(sc. Brunechildem et Bilichildem)* . . . coniungerint conloquendum; sed Bilichildis . . . -i venire distulit. **B** *de numero i. q. in hoc numero, inter hos – darunter, unter ihnen:* TRAD. Frising. 1787b (ante 1205) hos hic inscriptos esse censuales: . . . Perht; -i Wirat; Gotscalch *eqs.* **C** *de modo vel condicione rerum i. q. in ea re (facienda), in ea causa – dabei, in diesem Falle:* RIMB. Anscar. 18 p. 38,31 cuius *(sc. cuiusdam potentis)* filius in eadem conspiratione cum aliis fuerat et, quae sibi de spoliis -i captis provenerant, in domum patris sui contulit. TRAD. Frising. 1316 p. 200,37 placuit duos agnatos meos . . . eidem substituere traditioni illa quippe lege, ut alter e duobus Iacob consanguinitatis quoque iure -i *(an leg.* mihi?*)* propinquior id ipsum totum haberet *eqs.*

II *de usu (notabiliora quaedam):* **A** *ponitur pro pron.:* FORM. Marculfi 1,2 l. 30 si qua -i *(i. ei, sc. monasterio)* in . . . quibusqumque rebus . . . aut regio munere . . . vel cuiuslibet est diligatum *eqs.* VITA Maxim. Trev. I 12 iussit sibi plaustrum rex parari et se -i *(i. in eo)* ad sepulcrum s. Maximini deferri. DIPL. Conr. II. 248 p. 342,4 quo . . . concederemus . . . sancte Brixiensium ecclesie . . . montem de Castenedulo cum silva cunctisque -i *(i. ad eam)* pertinentibus. METELL. exp. Hieros. 4,1007 urbem petiere *(sc. Franci victores)* . . .; quos exceperunt, -i *(i. in*

ea) quicumque fuerunt nostrorum. *al.* **B** *abund. ponitur:* THEGAN. Ludow. 26 eodem anno Ingilenheim in villa regia generale placitum suum -i *(sic tantum W)* habuit. DIPL. Otton. I. 67 hobam unam dominicalem . . . cum mancipiis in eadem hoba tunc -i manentibus . . . tradidimus.

1. *inibidem (in ibidem) *adv.* *in eodem loco – daselbst, ebendort:* DIPL. Merov. I 188 p. 471,7 (spur. ante 792/93) nullus presumat in ibidem *(sc. in monasterio antedicto)* abbatem ordinare.

[2. inibidem *v.* ibidem: TRAD. Frising. 106 p. 122,26 (a. 782), *sed v. p. 1216,65 eundem locum ed.* TRAD. Scheftl.]

[inibimet *v.* ego: VITA Anselmi Luc. (MGScript. XX p. 694,44; c. s. XII.), *sed v. eundem locum in* VITA Anselmi Luc. 31 mihimet.] *Antony*

inicialiter *v.* initialis. **iniciator** *v.* initiator.

1. inicio, -ieci, -iectum, -ere. *script. et form.:* inhi-: *p. 1906,69. 1907,8.* inii-: *l. 40. 66. 71. p. 1906,71. al.* -iti(o): *p. 1906, 55. 57. adde* CHART. Port. 3 p. 8,36. *stirp. praes.:* -iec-: *p. 1906,71. 72. adde* VITA Elig. 2,20 p. 712,18. *partic.:* -iace(ns; *per confusionem c.* iacere): *p. 1906, 61. 63. 65.* -iec(i)entes: *p. 1906,72. stirp. perf.:* ingec(i): *l. 32. 55. p. 1906, 40. 68. 1907,39.* -icerit: *p. 1907,8.* -iacet, -iacerit: *p. 1906,40. 1907,8.* -iaerit: *p. 1906,68.* -ieicit: *p. 1906,40. struct. c. acc. dupl. (cf. D. Norberg, Syntakt. Forschungen. 1943. p. 129): p. 1906,68. usu mediopass.: l. 36. p. 1906,8. metr.* iniciens: *p. 1906,16. partic. perf. usu adi.: l. 33. 57. 67. 68. 69. p. 1906,3; subst.: l. 72.*

I *introrsum iacere, (iaciendo) immittere, ingerere, in-, addere – (hinein)werfen, -legen, -stecken, -geben (in), (hin)zufügen:* **A** *proprie (in imag.: l. 33):* **1** *gener.:* **a** *in univ.:* ALCUIN. epist. 145 p. 232,27 evangelica vidua duo minuta -ecit (-gecit *var. l.*) gazophilacio. SIGEB. GEMBL. apol. 2 (MG Lib. Lit. II p. 438,24) non eiectum, sed -tum verbi Dei semen aliquem in auditorum cordibus fructum invenisset. OTTO FRISING. gest. 2,21 p. 125,33 -untur ibi *(sc. in fontem)* . . . cadavera. ARCHIPOETA 5,2,2 tantus odor naribus meis est -tus, quantum *eqs.* ALBERT. M. animal. 3,70 'in quod *(lac)* non -itur (*p. 516a,4* ἐμβάλλῃ) coagulum'. *al.* *de orthographia:* ERMENR. ad Grim. 1,5,128 quidam in his *(sc. ex* iacere *compositis)* verbis velint . . . geminare 'i' litteram et dicere '-iicio' (-o *a. corr.*) . . . unum 'i' pro vocali, alterum pro consonante ponentes. **b** *in-, defigere – hineinschlagen, -stoßen:* OTLOH. Dion. 10 p. 831,29 quem *(aggerem)* rastris -tis (in rectis *vel* vectis *2*) effodere . . . certaverunt *iuvenes et senes.* **c** *usu refl.:* **α** *se interponere – sich dazwischenstellen:* RADBERT. corp. Dom. 9,155 haec *(sc. sacramenti)* . . . figura praecessit in Melchisedech . . ., sed quia lex quasi 'medius paries' se -ecit, potius in . . . legum sacrificiis veritas huius mysterii adumbrabatur. **β** *se praecipitare, ruere – sich stürzen (in):* CHRON. reg. a. 1163 (rec. I) quae *(iuvencula)* se igni . . . -ecit. CHRON. Albert. Beh. p. 467,23 Hercules . . . flammis se dicitur -isse (*sim.* p. 480,4). **γ** *intrare – eindringen (in):* LEG. Wisig. 12,2,4 nullus *(sc. Iudaeus)*, ut hanc *(tinctionem baptismatis)* effugiat, quibuscumque latibulis se occultandum -at (12,3,9 quisquis . . . in terram nostri regiminis se occultandum -erit [-gecerit, ingesserit *var. l.*]). **2** *natur. et medic.:* **a** *in univ.:* URSO anat. 348 ut sperma -tum retineret *matrix* ad conceptum formandum (*sim.* TRACT. de aegr. cur. p. 341,9. p. 342,7sqq. TROTULA B 129). TRACT. de aegr. cur. p. 97,13 vomitum digito ori -to provocent (*sc. febrientes; sim.* p. 233,7). p. 332,16 informetur stuellum in modum digiti et oleo violaceo prius unctum -atur (*sc. in vulvam; sim.* p. 332,20). **b** *infundere (per clisterem), inspergere, dare – (durch ein Klistier) einflößen, einspritzen, hineinstreuen, eingeben, verabreichen, 'injizieren':* ANON. coit. 2,5,17 mixta bulliant, . . . et per anum -e. TRACT. de aegr. cur. p. 144,15 oleum . . . per nares -iiciatur. p. 147,43 purgetur patiens . . . cum pillulis . . . -tis in naribus. p. 156,41 pulvis . . . oculis -atur. p. 273,39 succus poligonie per clistere -tus. p. 332,23 balsamus bibitus vel -tus super omnia operatur. SALERN. comp. 82 ad haemorroidas provocandas . . . clisteria mordificativa -iiciantur. ALPHITA P 107 pessarium equivocum est tam ad instrumentum quam ad -tum (iniectionem *var. l.*). *saepe. v. et p. 1909,30. 34.* *respectu inverso i. q. imbuere, conspergere – beträufeln, benetzen:* TRACT. de aegr. cur. p. 158,14 centauree cum mellis distillatione oculi -ti aciem extenuatam recipiunt. **B** *translate:* **1** *in univ.:* TRANSL. Chrys. et Dar. 25 coepit *caecus* . . . parum videre et menti -ta digito notare loca. **2** *insinuare, suadere – einflüstern, einreden:* LIBER diurn. 45 p. 33,16 in ipsa *(regula, i. vita episcopi)*, si qua tortitudo illis -ta est, dirigant *filii.*

II *adicere, super-, imponere, circumdare, adhibere – (entgegen, darüber, um ... herum)werfen, -schütten, -legen, -geben (auf, über), umwerfen, (an-, auf)legen (an, auf):* **A** *proprie (in imag.: l. 14. p. 1907,6):* **1** *usu vario:* **a** *in univ.:* **α** *gener.:* ARBEO Corb. 4 p. 193,9 quod orationes iustorum . . . valeant vincla reprobis -ere. PS. VEN. FORT. Leob. 26 cum monachi . . . vaporem incendii nequaquam -tis aquis possent reprimere. WARN. synod. 148 -ens tibi *(sc. Iacobo apostolo)* restim nil te dicentem duxit *ferus.* CAES. HEIST. mirac. I 1,13 quem *(fratrem fugientem)* . . . accurrentes milites vi equo (in equo, in equum *var. l.*) -tum, . . . reluctantem . . . reduxerunt *fratres. al.* *in iunctura* ignem, ignes -ere *(c. notione accendendi)*: THIETM. chron. 7,63 omnia *(instrumenta)* -to a propugnaculis igne . . . ardere vidit *caesar.* METELL. Quir. 64,7 ignes -ecit ferus edi. OLIV. epist. 3 p. 293,36 qui *(ignis Graecus)* eminus et cominus -tus pavorem incutere potuit. **β** *medic.:* TRACT. de aegr. cur. p. 286,38 si . . . sit apostema, -amus hoc cataplasma: *eqs.* **b** *spectat ad arma:* GESTA Ern. duc. II p. 247,6 -tis armis gladiisque . . . accinctis . . . homicidii commissores . . . queritant *primates.* *in struct. contam. i. q. sumere – nehmen, ergreifen:* CHRON. Salern. 68 p. 66,3 dum lorica . . . suo corpori induisset et spatam suo lateri annexisset caleaque suo capiti posuisset lanceamque in sua manu -isset *Rofrit (cf. comm. ed. p. 292sq.).* **c** *admittere (ad) – loslassen (auf):* LIBER accip. 2,1 -tus accipiter in predam neglegentiam capiendi pretereat. **d** *ante pedes abicere, sternere – vor die Füße, hinwerfen:* HEINR. LETT. chron. 12,6 p. 65,7 tristia funera a Letthis sibi -ta . . . colligentes et igne cremantes exequias . . . celebrabant *Estones.* **e** *iaculari, verberare (in) – schießen, schlagen (nach; usu ellipt. vel absol.):* LEX Alam. 64 si homo in equo suo caballicaverit et aliquis eum super ipsum placare voluerit et, dum ⌞ad illum -ecit (-gecit, -eicit, -acet, eiecit, iecit *var. l.*)⌟ (illum plagare voluerit *rec. B*), illo caballo placat *eqs.* **f** *appetere, aggredi (ad) – sich stürzen, losgehen (auf; usu refl.):* ALBERT. M. animal. 7,47 'aliquando -it (*p. 594b,11* χωρήσασα) *ursus* se super thauros cadens super dorsa eorum *eqs.*' **g** *?ostendere – ?entgegenstrecken, -halten (ni intellegendum est de gestu crucis et* -ere *usurpatur pro* facere *['schlagen']):* VITA Arnulfi 10 vir sanctus . . . cum crucibus . . . processit et . . . femina arrepta daemonio clamare coepit; hanc cum ille vidisset, vexillo crucis -to mox ab adversario erepta sanavit (*sim.* 20 elevans manum contra . . . flammas vexillum crucis -ecit [iecit, facit *var. l.*]). **2** *iunctura* manus, manum -ere (in) *i. q. manum admovere, afferre (ad), imponere (in) – Hand anlegen (an), auflegen (auf), greifen (nach; in struct. contam.: p. 1907,10):* **a** *in univ.:* **α** *gener.:* ARBEO Corb. 18 p. 209,16 in eum *(piscem)* manibus -tientes (intientes *a. corr. 2*) *piscatores.* 24 p. 216,18 quorum *(paenitentium)* capitibus vir Dei manum -tiens (inponens *var. l.*) *eqs.* LAMB. HERSF. annal. a. 1075 p. 241,35 Adelbertum . . . -ta (iniectu *var. l.*) manu in medium protrahit *rex.* **β** *iur. in ritu confirmationis:* TRAD. Frising. 542 (a. 827) quicquid Otlant habuit, . . . in altarem . . . tradiderunt *sorores* ipsoque Paugolfo manum -acentem et ipsam traditionem confirmantem *eqs.* (*sim.* 547b propriis manibus ipsa Erchanfrit et fratri suo Piligrimo manus suas -acente . . . tradiderunt *[sc. proprietatem].* 605 p. 517,37 manus . . . -acentibus; *cf.* 306 manu propria inponente et traditionem . . . confirmantes). **b** *spectat ad violentiam:* **α** *de aliquo impetu:* LEX Alam. 58 si quis liber liberum (libero *var. l.*) in via manus -erit (-aerit, -gecerit, egeciret *var. l.; sim.* LEX Baiuv. 4,3 si . . . manum -erit [inh-, iecerit *var. l.*], quod infanc dicunt. LEX Frision. add. 3b. *al.*). ARBEO Emm. 16 p. 49,1 ut in eum manus -iecerent (-rent, -iicerent *var. l.; sc. adsequentes*). p. 49,13 -iecentes (-iecientes, -entes, -erunt, inferebant *var. l.; sc.*

militum turma) manus in . . . episcopum. CHART. Raitenh. 34 p. 35,41 (epist. papae a. 1185) si qui in fratres . . . manus violentas -erint. *al. v. et l.38.p.1908,57.* *in imag. c. notione occupandi, sibi (contra legem) vindicandi:* CHART. ord. Teut. (Thur.) 23 (a. 1222) ne quis . . . advocatorum nostrorum *(sc. lantgravii)* bonis eisdem *(sc. domus hospitalis)* manum -at lesionis. **β** *de stupro:* LEX Baiuv. 8,3 si quis propter libidinem liberae manum -erit (inh-, -acerit, -icerit *var. l.*) . . ., quod Baiuuarii horcrift vocant *eqs.* ARBEO Emm. 17 p. 51,3 qui . . . se (in *var. l.*) tanti viri sobulam manus -ecit. p. 51,6 in feminis -tis manibus. **3** *iunctura* oculos, vultum -ere (in, super) *i. q. oculos dirigere, advertere (ad) – ein Auge werfen, den Blick richten, wenden (auf):* **a** *in univ.:* VITA Bard. 18 p. 336,42 -to . . . in eum vultu episcopus deridere se iuvenem comprehendit. **b** *c. notione concupiscendi:* HIST. peregr. p. 118,36 in quem *(regem)* cum regina oculos -isset ut amans *eqs.* CAES. HEIST. mirac. I 4,99 p. 270,7 in hunc *(clericum)* femina . . . oculos -ecit adeo ab illo inflammata, ut *eqs.* CHRON. Albr. a. 774 p. 714,12 super filiam regis oculos -ecit *comes.* **c** *c. notione eligendi:* CONST. imp. III 14,2 in . . . dominum Rudolfum . . . omnes . . . pariter oculos nostros -ecimus *(sc. principes)* eum in regem . . . eligentes.

B *translate:* **1** *inferre, movere – vorbringen, erheben:* **a** *gener.:* GOZECH. Alban. 23 (ed. Holder-Egger) regiae urbis mentionem quoniam (quantum *var. l.*) et suscepti operis decursus et rerum inibi gestarum historicus -ecit stilus *eqs.* **b** *iur.:* LEG. Wisig. 12,2,9 in servis suis . . . coram christianis iudicibus questionem -ere sit illis *(Iudaeis)* liberum ex lege licere. **2** *obicere, conferre – vorwerfen, zur Last legen die Schuld geben (an):* **a** *gener.:* ALCUIN. epist. 136 p. 209,16 si . . . non . . . falsa excusatio *(sc. est)*, ut, quod facere non volunt presbyteri, suis -ant episcopis; nam *eqs.* **b** *iur.:* EDICT. Roth. 9 wergild suo conponat *(sc. accusator)* medietatem regi et medietatem, cui crimen -tum fuerit. LEX Alam. 43 capit. p. 44 (cod. 6. 7) de criminalibus causis, si alicui aliquis -erit (*cf.* cod. 1 quod *[crimen]* liber adversus liberum inposuerit; cod. 8 si quis alterum . . . incriminaverit). LEG. Wisig. 2,1,9 in personam principis omnibus proibemus . . . manus -ere ultionis . . .; quapropter quicumque in principem . . . crimen -erit (-gecerit *var. l.*) *eqs.* **3** *iniungere (invito) – auferlegen, aufbürden:* ARBEO Corb. 21 p. 212,22 debitum confitendi (*leg.* confitenti) . . . ne -ret *summa pietas* poenam. RATHER. post pasch. 1 l. 11 qui *(sc. quidam)* dum, quod sibi iniunctum (-tum *var. l.*) est, quomodocumque actitant *eqs.* PETR. DAM. epist. 72 p. 327,5 quia . . . ego a me protinus episcopatum non canonice traditum, sed violenter -tum funditus abscidissem. **4** *iunctura* manus -ere *i. q. obniti, repugnare – sich widersetzen, ankämpfen (gegen):* EBERH. BAMB. epist. 14 p. 534D haec *(sc. Verbum Patri coaeternum esse)* est antiquitas fidei christianae, cui manus -iicere exsecrabile est. **5** *(in)tendere – streben (nach; usu intrans. vel ellipt.):* ARBEO Corb. 1 coepit . . . ad religionis summis -ere *(?om.* se; *sed cf. notam ed.)* vitae (*leg.* vitam) nisibus. **6** *respectu inverso i. q. in-, affligere – peinigen, heimsuchen, 'schlagen' (mit):* VITA Berth. Garst. I 26 percussus est *miles* paralysi atque diuturne -tus afflictione.

2. inicio *v.* initio.

?inicion (-ium) *subst. n.* *(orig. inc., ni subest* indicus; *cf. DMLBS s. v.)* *?κόστος – ?Kostwurz (de re v. vol. II. p. 1964,25sqq.):* ALPHITA I 33 -n (-um *var. l.*), id est costum (*cf. comm. ed. p. 452 et 403 s. v.* costum).

inicium *v.* initium.

[**inictum** *v.* ictus. *adde ad p. 1222,59:* PETR. DAM. epist. 1 p. 102,5 arma . . . praebui; quo vero te *(sc. Honestum)* ⌞in -um⌟ (inictum *ed.*) effundere debeas, quo clipeum circumvolvere, . . . docere non potui *(in imag.).*]

inicus *v.* iniquus.

***inidolum,** -i *n.* *quod idolum, simulacrum non est – 'Nicht-Bildnis':* ALBERT. M. metaph. 7,2,6 p. 347,40 non dicimus ex -o fieri idolum et ex inhomine fieri hominem.

***inidoneitas,** -atis *f.* *condicio non idonea, minus apta, natura inhabilis – mangelnde Eignung, Untauglichkeit, Unfähigkeit, Unwürdigkeit:* **1** *in univ.:* ALBERT. M. incarn. 31 p. 201,82 Dei . . . proprium est non separari ab eo, cui unitur per gratiam, nisi inveniatur -s ex parte eius, cui unitur. bon. 424 p. 226,77 humilis . . . contemnit mundum per considerationem -is sui ad mundum, quia *eqs.* sent. 4,24,11 p. 45a,37 in suspiciendo *(sc. ordinem)* ad minus propter -em mortaliter peccavit (*sc. inidoneus promotus; sim.* 4,26,13 p. 118b,31). **2** *incongruentia, inconvenientia – Unangemessenheit:* ALBERT. M. Matth. 7,3 p. 244,82 relinquitur quartum, quod est discussionis per iudicium -s (et idoneitatis *var. l.*).

***inidoneus,** -a, -um. *non idoneus, ineptus, inhabilis – ungeeignet, untauglich, unbrauchbar, unwürdig (usu subst.: l. 15.16.19):* GESTA Lob. 24 p. 328,22 ut amoto eo *(abbate)* tanquam inutili et infra tante dignitatis administrationem -o idoneus alius institueretur. ALBERT. M. sent. 4,24,10 p. 44a,19sqq. minus peccatum est -um, quando promotus est *(sc. ad ordinem)*, non corripere quam -um promovere. *al.* cael. hier. 9,1 p. 139,71 quae *(effusio sanguinis)* . . . facit *(sc. principem saecularem)* -um ad altaris ministerium, in quo requiritur . . . tranquilla conscientia. pol. 5,2m p. 443b,34 -i eligebantur *(sc. in malo modo electionis).*

iniecens, iniecio *v.* 1. inicio.

iniectio (-ccio), -onis *f.* **I** *praevalente notione immittendi:* **A** *proprie:* **1** *actio iniciendi – das Hineinwerfen:* WILBR. peregr. 2,12 nos carnem . . . mundari sperantes . . . lavabamur in . . . Iordane, sed ipsi Arabes . . . fluvium multi luti -e turbaverunt. **2** *actio ingerendi, infusio – das Eingeben, Einflößen, Einspritzen, 'Injektion' (usu natur. et medic.):* **a** *in univ.:* NICOL. anat. 883 quod . . . post -em spermatum . . . claudatur *os matricis* (*sim.* ALBERT. M. animal. 10,43 quae *[additio]* impedit -em spermatis in eam *[vulvam]*; 15,119). **b** *de infusione medicamenti fere i. q. clyster, enema – etwa: Klistier, Einlauf:* AURELIUS 8 p. 695,25 quodsi . . . fluxus *(sc. dysentericorum)* creverit, magis -bus moderari debemus. AESCULAPIUS 24 p. 40,24 quod si . . . praeclusi fuerint *colici*, -em accipiant. PAUL. AEGIN. cur. 197 p. 122,11 convenit . . . stercora per mellicrati -em (*3,41* ἐνέσεως) abstergere. THADD. FLORENT. cons. 2,28 fiat ex eis *(oleis)* in aures -o. 47,73 fiat -o in vexicam per siringam. *saepius. v. et p.1905,72.* **B** *translate i. quod insertum est, excursus – Einschub, Abschweifung:* VITA Agric. 13 p. 191,15 illuc nos oportet redire, unde huius -is occasionem constat prodire.

II *praevalente notione adiciendi, super-, imponendi:* **A** *proprie:* **1** *iunctura* manuum, manus -o *i. q. actio manus afferendi, vim inferendi, impetus – das Hand-Anlegen, Handgreiflichkeit, tätlicher Angriff (ellipt.: l. 58):* **a** *de delicto (fere usu canon.; iur.: l. 56):* CHART. Raitenh. 69 p. 68,16 (epist. papae a. 1209) qui *(laici et clerici saeculares)* p r o v i o l e n t a manuum -e anathematis vinculo fuerint innodati (CHART. Turic. 372 p. 254,22. *al.* CHRON. Mont. Ser. a. 1208 p. 175,21 p. v. ⌞manus -cione⌟ [-e manus *var. l.*]. *al. sim.* CHART. ord. Teut. [Hass.] 73 offensas patrum et matrum s i n e manuum -e v. . . . relaxamus *[sc. archiepiscopus]. al.*). CHART. Argent. I 346,17 si . . . personis . . . levi -e manuum levis illata fuerit iniuria. CHART. civ. Erf. 275 p. 173,38 Marquardus . . . male tractavit . . . advocatum nostrum *(sc. comitis)* per manus -em. *al.* *adde:* CHART. Sangall. A III app. 93c p. 839,31 (a. 1272) utrum Friderico . . . iniecerit *(sc. monachus)* temere manus violentas . . . et utrum post huiusmodi -em . . . in divinis officiis ministraverit. **b** *de iure possidendi, sibi vindicandi:* CHART. Wirt. 2784 p. 106,30 (a. 1278) quod, si fugam fecerint *homines censuales* de ipsorum servitio . . . exeundo, . . . -em manuum in ipsos habeant *praepositus et conventus.* **2** *usu vario:* **a** *super-, effusio, aspersio – das Darüberschütten, An-, Bespritzen:* VITA Eremb. 4 (MGMer. V p. 654,21) cum . . . incendii flamma . . . aedificia . . . consumendo adiret nullaque lymfarum -o quippiam adiutorii inferret *eqs.* RYCCARD. chron. a. 1199 p. 21,10 alter *(vir nequam)* cum . . . per urine -em in ipsum *(crucifixum)* iniurias graves inferret. **b** *inductio – das Auftragen, Überzug:* OTLOH. Dion. 10 p. 831,33 in quo *(sc. effosso)* . . . lapide, licet aliquantisper a vetustate vel calcis -e (iuccc̄oe 2) deletis, apertis tamen . . . litteris scriptum erat: '*eqs.*' **c** *incursio – Angriff, Überfall:* MIRAC.

Bert. 10 p. 515,6 quanquam pro crebra hostium -e tenatius instarent *(sc. nostri)* defensioni quam obiectioni. **B** *translate:* **1** *inflictio – das Zufügen, Beibringen:* DIPL. Loth. I. 108 p. 257,10 quo *(scripto)* per totam Italiam et usque Romam absque ulla lęsione vel contrarietatis -e queat *Uualtbertus* pervenire. **2** *illatio – das Vorbringen, Erheben:* VITA Norb. II 21 p. 1271[C] quod in ipsum usque ad falsi criminis -em irruerent *(sc. mendaces)*.

iniecto, -are. *in-, deicere – (hinein-, hinunter)werfen:* FRID. II. IMP. art. ven. 1 p. 71,27 in lingua habent *aves aquaticae* denticulas ad melius incidendum, quas *(sc. herbas)* incisas -ant (inmittunt *var. l.*) per ysophagum ad ventrem.

***iniector,** -oris *m.* *pendet* in *c. acc.: l.25.* **1** *qui infert, infligit – einer der zufügt, erhebt:* RICHER. REM. hist. 2,78 episcopi epistolae sententiam penitus confutarunt ac calumniarum -em hominem perditissimum adclamarunt. **2** *iunctura* manuum -r *i. qui manus inicit, vim infert, aggreditur – einer der Hand anlegt, tätlich angreift (usu canon.):* CHART. Pruss. I A 59 (epist. papae a. 1227) quod scandalum generaret, si non mitterentur ad sedem apostolicam ... manuum -es. CHART. Sil. D II 46 p. 31,22 quod manuum -es passis iniuriam satisfaciant competenter. CHART. Eichsf. 401 p. 239,37 manuum -es, si digne non penituerint, tanquam morbida membra de ecclesia proiciantur. CHRON. Erf. min. p. 638,1 constituit ... papa ... violentos -es manuum in clericos vel religiosos ipso facto esse excommunicatos *(v. notam ed.). al.*

iniectorius, -a, -um. **1** *adi. i. q. ad iniectionem, infusionem aptus – zum Einspritzen, Einflößen geeignet:* ALPHITA A 199 auliscus est instrumentum -um; inde etiam auliscus othicus, id est instrumentum illud, per quod iniciuntur liquores in aures. **2** *subst. neutr. i. q. instrumentum ad iniectionem, insufflationem aptum, syringa – zum Einspritzen, Einblasen geeignetes Instrument, Spritze:* BRUNUS LONG. chirurg. 1,14 p. 111[F] ut iniiciantur *lavativae* ad profundum *(sc. ulcerum)* cum -is, id est clysteribus, aut mittantur cum tentis. WALTH. AGIL. med. 43 p. 150,46 accipiatur ungula asini ... et inde per -um suffumigetur matrix.

iniectus, -us *m.* **1** *coniectus – das Hinein-, Darüberschütten:* LIGURINUS 10,356 alii fossas -u cespitis implent. *meton. i. q. congeries (terrae) – (Erd-)Aufschüttung:* LIGURINUS 10,308 fossas ... latentes -u texere *(sc. viri)* levi. **2** *impositio, comprehensio – das Auflegen, Ergreifen: v. p.1906,58.* **3** *inflictio – das Zufügen:* ALBERT. STAD. Troil. 3,664 vulneris -u mors moderatur herum.

[inieiunius *v.* ingenuus.] **iniendus** *v.* ineo.
inienium *v.* ingenium. **iniens** *v.* ineo.
inienuus *v.* ingenuus.

[inieretur *v.* renuo: CHART. Rhen. med. I 161 p. 224,40 (dipl. Karoli Simplicis; *ed. Ph. Lauer, Recueil des actes de Charles III le Simple. 1940/49. nr. 103 p. 245,1*) Ragnerus pridem comes ... abbatiam violenter subtraxit et ... illam reddere est compulsus; ... iterum a Ragnero pervasa est ac post illum ab eius filio Gisleberto ⌞pari violentia⌟ (per violentiam *BCD*), hactenus -ret *(ci. Lauer*, inieretur *BCDE*, invitetur *F)* reddere.]

inigens *v.* ineo.

inigo, -ere. *introrsum agere, adigere – hineintreiben:* CONR. MUR. nov. grec. 1,2320 -it *(sc. pecudes)* compellens sive cohercens cogit.

iniicio *v.* 1. inicio.

***inilligatus,** -a, -um. *conexus, cohaerens – (untereinander) verbunden, zusammenhängend:* URSO gloss. 2 p. 22,6 secundum formam *(sc. variatur actio)*, ut sub forma omnes qualitates sensui subiacentes -ae *(ed.,* -i *codd.)* sunt, quia in hepate rubeo plus sanguis generatur rubeus.

***inimicabilis** (inam-), -e. **1** *de anim. eorumque actibus:* **a** *amicitiae alienus – nicht freundschaftlich:* ALBERT. M. eth. I 78 p. 70,6 si dicatur, quod 'fortunae ... amicorum' nihil 'conferant' ad felicem, 'videtur' esse 'ina-e (*p. 1101[a],23* ἄφιλον)', id est contra rationem amicitiae (*sim.* II 1,7,16 p. 130[a],27). **b** *hostilis, infestus – feindlich, feindselig (de diabolo, operibus impiis sim.):* HILDEG. epist. 192 l. 51 -is raptor ac fallax suggestor *(sc. diabolus)*. 41[R] l. 11 Deus vult in zelo suo hanc -em causam prosternere, quod sodales ipsius *(sc. diaboli)* per socios suos ipsum in ostensione sua derident. 160[R] l. 74 cum inimicalia (-ia *var. l.*) homicidia odii ac invidię a nobis abiicimus (*cf.* l. 7). **2** *de rebus i. q. contrarius, noxius – verderblich, schädlich (usu natur.):* ALBERT. M. animal. quaest. 7,33/39 p. 187,79 quando aliquid est in ordine amicabile, extra ordinem est -e, sicut patet in multis: sanguis enim *eqs.*

adv. ***inimicabiliter.** *hostiliter, infense, inique – feindselig, gehässig, erbittert:* EPIST. Teg. I 13 cuncti nos *(sc. fratres)* -r insecuntur *(sim.* 76 comes -r persequitur nos). 62 amicos suos ... hortatur *cives* ... -r ad nostram ... lęsionem. WOLFHER. Godeh. I 21 p. 181,47 que *(Sophia)* dum ... eum *(Bernwardum)* ... -r suscipiens in sue voluntatis proposito ... persisteret *eqs.* IOH. CODAGN. annal. a. 1231 p. 106,31 intrinseci *(sc. viri)* ... cum inimicis fortiter et -r (imic-r *cod.*) cum manganis ... et aliis machinis pugnantes *eqs.*

